Censura speculi manum regente,
Expingitque cutem facitque longam
Detonsis epaphaeresin capillis,
Barbatus mihi tonsor est reversus.

LIII.

Formosissima quae fuere vel sunt,
Sed vilissima quae fuere vel sunt,
O quam te fieri, Catulla, vellem
Formosam minus aut magis pudicam!

LIV.

Magna licet totiens tribuas, maiora daturus
Dona, ducum victor, victor et ipse tui,
Diligeris populo non propter praemia, Caesar.
Propter te populus praemia, Caesar, amat.

LIII 4. *Wie im Text Qω* Formonsam minus aut minus pdicam *so T* aut minus pudicam *EXABCFG* Formosam aut minus aut magis pudicam *Hns*.

LIV 4. Propter te *REω* Et propter *PQF* Te propter? *Schn*.

LIII 1. Catull. 49, 1. 2 Disertissime Romuli nepotum, Quot sunt quotve fuere.

---

5. *Rufo*. Ohne Zweifel Instantius Rufus. Zu VII 68, 1.

7. Vgl. VI 64, 4.

8. *Expingitque cutem*. Vgl. VII 83, 2.

9. *epaphaeresin*. Ἐπαφαίρεσις kommt bei griechischen medizinischen Schriftstellern vor.

LIII. Die Reminiscenz an Catull. 49 hat offenbar auch die Wahl des Namens Catulla bewirkt.

1. 2. *quae fuere vel sunt*. VIII 80, 8 quae sunt quaeque fuere.

LIV 1. *Magna licet totiens tribuas*. Die 3 dem Volke gegebenen Congiarien: zu VIII 15, 4. Der Ausdruck erinnert an VIII 50, 9 Grandia pollicitus quanto maiora dedisti.

2. *victor et ipse tui*. Weil er die früheren Schenkungen immer durch neue überbietet. Gilbert.

LV.

Auditur quantum Massyla per avia murmur
Innumero quotiens silva leone furit,
Pallidus attonitos ad Poena mapalia pastor
Cum revocat tauros et sine mente pecus:
Tantus in Ausonia fremuit modo terror harena.
Quis non esse gregem crederet? unus erat.
Sed cuius tremerent ipsi quoque iura leones.
Cui diadema daret marmore picta Nomas.
O quantum per colla decus, quem sparsit honorem
Aurea lunatae, cum stetit, umbra iubae!
Grandia quam decuit latum venabula pectus
Quantaque de magna gaudia morte tulit!
Unde tuis, Libye, tam felix gloria silvis?

LV 3. Sil. Ital. XVII 89 Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor Claudian. cons. Stilich. III 244 Apollin. Sidon. V 391 mapalia pastor. 11. Lucan. I 211 aut latum subeant venabula pectus.

LV. Bei Gelegenheit einer zur Feier des Sarmatenkrieges gegebenen Thierhetze.

1. *Massyla per avia.* Massyli heisst der Stamm der Numidae, der östlich vom Fluss Ampsaga oder vom Vorgebirge Triton an bis zum Flusse Tusca oder zur Stadt Thabraca Numidien im engeren Sinne (das heutige östliche Algerien) bewohnte. Cless StRE V 731.

5. *Ausonia — arena.* Zu XII 6, 1.

8. *marmore picta Nomas:* Numidien, zu dessen Hauptprodukten der gelbröthliche Marmor gehörte. IX 75, 7 de marmore omni — Afra quod Nomas mittit.

10. *umbra.* Die Erklärer erinnern, dass umbra häufig von capilli und crines gesagt wird. Gronov. Obss. IV 18. Z. B. Stat. Theb. IV 336 Dum roseis venit umbra genis. Sil. Pun. V 440 crinibus aemula barba Umbrabat rictus. Valer. Fl. Arg. III 525 tenui vagus innatat umbra Crinis. Claudian. Prob. et Olyb. cons. 93 flava cruentarum — umbra jubarum. *lunatae:* zu VIII 33, 22.

11. *decuit — venabula.* Vgl. Sp 15, 6 Herculeas potuit qui decuisse manus.

12. Das grossartige Ende, über das der Löwe sich gefreut haben soll, ist vermuthlich der Tod in Gegenwart des Kaisers und ganz Roms, vielleicht von der Hand eines berühmten Jägers.

13. *felix gloria.* X 89, 1 gloria felix. Sp 18, 2 gloria rara.

A Cybeles numquid venerat ille iugo?
An magis Herculeo, Germanice, misit ab astro
Hanc tibi vel frater vel pater ipse feram?

LVI.

Temporibus nostris aetas cum cedat avorum
Creverit et maior cum duce Roma suo,
Ingenium sacri miraris deesse Maronis,
Nec quemquam tanta bella sonare tuba.
Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones
Vergiliumque tibi vel tua rura dabunt.
Iugera perdiderat miserae vicina Cremonae
Flebat et abductas Tityrus aeger oves:
Risit Tuscus eques, paupertatemque malignam
Reppulit et celeri iussit abire fuga.
»Accipe divitias et vatum maximus esto:
Tu licet et nostrum« dixit »Alexin ames.«

LV 14. jugo *EXABCFG Schn* jugis *PQω Ser.*
LVI 5. Sint *QEFω Ser Gilbert p. 24* Sunt *TprB Schn.*

LV 14. Catull. 63, 76 iuga resolvens Cybele leonibus.
LVI 2. Ovid. Fast. III 372 Tr. IV 2, 66 cum duce turba suo. 7. Vergil. Ecl. 9, 28 Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae. 8. Vergil. Ecl. 1, 13 ipse capellas Protinus aeger ago. 10. Ovid. Fast. V 706 celeri vincere turpe fuga. Abire fuga: zu VIII 32, 4.
LVI. Apollinar. Sidon. Carm. 4.

15. *Herculeo — astro.* Das Sternbild des von Hercules besiegten Nemeischen Löwen. Vgl. IV 57, 5 und zu XIV 124, 2.
LVI. An Flaccus. Zu IV 42.
3. *deesse.* 5. *deerunt.* Zu IV 67, 3.
5. *Sint.* M. wünscht seiner Zeit Männer wie Maecenas und sagt ausdrücklich, dass sie nicht vorhanden sind: XI 3, 10 Et Maecenatem si tibi, Roma, darent. Den Terentius Priscus rühmt er als seinen Maecen erst nach seiner Rückkehr nach Spanien XII 4, 2: daher ist die Lesart des Thuaneus *sunt* zu verwerfen. Ebenso Gilbert p. 24.
12. *Alexin.* Zu V 16, 12 und VIII 73, 10.

Astabat domini mensis pulcherrimus ille
Marmorea fundens nigra Falerna manu
Et libata dabat roseis carchesia labris,
Quae poterant ipsum sollicitare Iovem.
Excidit attonito pinguis Galatea poetae
Thestylis et rubras messibus usta genas;
Protinus ITALIAM concepit et ARMA VIRUMQUE,
Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi.
Quid Varios Marsosque loquar ditataque vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?
Ergo ero Vergilius, si munera Maecenatis
Des mihi? Vergilius non ero, Marsus ero.

LVII.

Tres habuit dentes, pariter quos expuit omnes,
Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum;
Collegitque sinu fragmenta novissima laxi
Oris et aggesta contumulavit humo.

LVI 20. fleverat *RQω* fluxerat *T* luxerat *Hns* 23. Ergo ero *QEω Scr* Ergo ego *TFω Schn* Ipse ego Virg. *N*.

LVI 16. Ovid. Fast. V 40 sollicitare Iovem.

LVII 1. (Priap. 12, 9 Dentem de tribus excreavit unum).

14. *nigra Falerna.* VIII 77, 5 nigrescant — crystalla Falerno. IX 22, 8 Falerna — nigras faciant — nives. IX 90, 5 Pertundas glaciem triente nigro. XI 8, 7 u. XI 50, 7 nigri — Falerni. Marquardt Prl. 434, 8.

16. *sollicitare.* Vgl. VI 71, 4.

17. *Galatea.* Vgl. Verg. Ecl. 1, 31; 3, 64; 72 etc.

18. *Thestylis.* Ib. 2, 10 Thestylis et rapido fessis messoribus aestu Alia serpullumque herbas contundit olentis. Vgl. ib. 43).

19. *ARMA VIRUMQUE.* Die Anfangsworte der Aeneide zur Bezeichnung des Gedichts auch XIV 185, 2.

21. *Varios.* Zu VIII 18, 7.

Marsos. Zu I Epist. l. 11.

ditataque vatum Nomina. Zu VI 93, 4.

24. Anders XI 3, 7 ss.

LVII 2. *Ad tumulum — suum.* An seinem schon zu Lebzeiten errichteten Grabmal.

Ossa licet quondam defuncti non legat heres:
Hoc sibi iam Picens praestitit officium.

LVIII.

Cum tibi tam crassae sint, Artemidore, lacernae.
Possim te Sagarim iure vocare meo.

LIX.

Aspicis hunc uno contentum lumine, cuius
Lippa sub attrita fronte lacuna patet?
Ne contemne caput, nihil est furacius illo:
Non fuit Autolyci tam piperata manus.
Hunc tu convivam cautus servare memento:
Tunc furit atque oculo luscus utroque videt:
Pocula solliciti perdunt ligulasque ministri
Et latet in tepido plurima mappa sinu:
Lapsa nec a cubito subducere pallia nescit
Et tectus laenis saepe duabus abit:
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna

LVIII 2. possim] possum *PQO*.
LIX 4. piperata *T*$*QEXABFG* piceata *DN*ω.

LVII 6. Ovid. Ex P. I 9, 20 Propert. III 10, 14 praestitit officium.

LIX 8. Priap. 9, 6 Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.

---

5. *Ossa — legat.* Der eigentliche Ausdruck für das Sammeln der Gebeine aus der Asche des Scheiterhaufens. Marquardt Prl. 370, 1.

quondam. Hier von der Zukunft wie Horat. S. II 2, 82. Verg. A. VI 877.

LVIII 2. *Sagarim.* Fluss in Phrygien und Bithynien. Der Anklang des Namens (der auch bei Verg. A. IX 575 vorkommt an sagum zu I 3, 8 hat wol diesen dürftigen Wortwitz veranlasst; doch entgeht uns wahrscheinlich die eigentliche, in einer Beziehung auf die Person des Angeredeten bestehende Pointe.

LIX 4. *piperata manus.* Der Ausdruck erinnert an den modernen italienischen esser di pepe für ‚schlau sein'. Haupt Opp. III 599.

8. *mappa.* Vgl. XII 29.

10. *laenis.* Marquardt Prl. 552.

11. *vernam.* Ein Sklave, der seinem Herrn von dem Gastmahl nach Hause leuchten soll. Marquardt Prl. 146, 4 u. 5.

Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil invasit, puerum tunc arte dolosa
Circuit et soleas subripit ipse suas.

LX.

Summa Palatini poteras aequare colossi,
Si fieres brevior, Claudia, sesquipede.

LXI.

Livet Charinus, rumpitur, furit, plorat
Et quaerit altos, unde pendeat, ramos:
Non iam quod orbe cantor et legor toto,

LX 2. sesquipede *EXABCF Gilbert p. 16* sisquipede *R* sexquipede ω sexquipedem *P* sexpiquedum *Q* sesquipedem *Scr Schn.*

LXI 3. Ovid. Am. I 15, 8 in toto semper ut orbe canar.

LX. Steht in der Hdschr. der Leipziger Stadtbibliothek. Haupt Opp. I 291 Ad Claudiam puellam longam 2. sesquipede.

13. *puerum.* Seinen eigenen Sklaven, der bei der Mahlzeit hinter ihm steht und die Sandalen aufbewahrt, die man beim Besteigen des lectus tricliniaris ablegte. Marquardt Prl. 146, 1 u. 2.

LX 1. *Palatini — colossi.* Nohl, Quaest. Statianae (1871 p. 10, denkt bei diesem ohne Zweifel am oder auf dem Palatin aufgestellten Coloss an die miri radiata colossi moles I 70, 7, was wegen des Standorts dieses letzteren ganz unmöglich ist. Der hier von M. gemeinte Coloss ist unbekannt. Der Versuch von Urlichs, in demselben eine Bronzekopie einer Statue des Phidias nachzuweisen (Beiträge z. Kunstgeschichte [1885] S. 94—96), beruht auf sehr gewagten Combinationen, und auf der unhaltbaren Annahme, dass die Vertheilung eines congiarium auf einem Medaillon Neros und einer Münze Nervas vor dem Palatium zu denken sei. Vielmehr ist ohne Zweifel mit Jordan anzunehmen, dass das dort abgebildete Tribunal des spendenden Kaisers auf dem Forum errichtet ist, und die in der Nähe desselben stehende Colossalgestalt der Minerva wird am besten mit Eckhel (D. N. VI 270; 276 auf die Quinquatrus bezogen. Vgl. Preller RM 295, 3.

2. *sesquipede.* Der Pentameter geht bei M. oft auf einen kurzen Vokal aus: VIII 51, 2 (tuă) IX 100, 2 XI 39, 10 XII 12, 2 XII 94, 6 XIV 118, 2 — III 37, 2 (facite) III 49, 2 (bibere) — VI 36, 2 (olfacere) X 75, 6 (accipere) — XII 78, 2 (satisfacere) XIV 126, 2 (endromida). Vgl. zu XI 2, 2. Gilbert p. 16. Einl. S. 32, 1.

LXI. Verwandt IX 97.

3. VII 17, 10 Quae cantaberis orbe nota toto.

Nec umbilicis quod decorus et cedro
Spargor per omnes Roma quas tenet gentes:
Sed quod sub urbe rus habemus aestivum
Vehimurque mulis non, ut ante, conductis.
Quid imprecabor, o Severe, liventi?
Hoc opto: mulas habeat et suburbanum.

LXII.

Scribit in aversa Picens epigrammata charta,
Et dolet, averso quod facit illa deo.

LXIII.

Thestylon Aulus amat, sed nec minus ardet Alexin.
Forsitan et nostrum nunc Hyacinthon amat.
I nunc et dubita, vates an diligat ipsos,
Delicias vatum cum meus Aulus amet.

LXIV.

Ut poscas, Clyte, munus exigasque,
Uno nasceris octies in anno
Et solas, puto, tresve quattuorve
Non natalicias habes Kalendas.
Sit vultus tibi levior licebit
Tritis litoris aridi lapillis,

LXIII 1. Vergil. Ecl. 2, 1 Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. 3. Ovid. A. am. II 222 I nunc et dubita.

LXIV 5. 6. Ovid. M. XIII 792 Levior assiduo detritis aequore conchis.

4. *umbilicis.* Zu I 66, 11.

cedro. Zu III 2, 7.

5. *omnes Roma quas tenet gentes.* Die Bevölkerungen der Provinzen. Zu XII 3, 1.

6. *rus.* Das Nomentanum; das IX 97 zuerst erwähnte Haus in der Stadt besass M. damals offenbar noch nicht.

7. SG III 397.

8. *Severe.* Zu II 6, 3.

LXII 1. *in aversa — charta.* Zu IV 86, 11.

2. *averso — deo.* Zu IV 31, 5.

LXIII 1. *Aulus.* A. Pudens. Zu I 31.

Sit moro coma nigrior caduco.
Vincas mollitia tremente plumas
Aut massam modo lactis alligati;
Et tales tumor excitet papillas,
Quales cruda viro puella servat:
Tu nobis, Clyte, iam senex videris.
Tam multos quis enim fuisse credat
Natales Priamive Nestorisve?
Sit tandem pudor et modus rapinis.
Quod si ludis adhuc semelque nasci
Uno iam tibi non sat est in anno,
Natum te, Clyte, nec semel putabo.

LXV.

Hic ubi Fortunae Reducis fulgentia late
Templa nitent, felix area nuper erat;
Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli
Purpureum fundens Caesar ab ore iubar:
Hic lauru redimita comas et candida cultu

LXIV 10. tales *Gilbert p. 15* talis *codd Schn.*

LXIV 9. 10. Ovid. M. XIII 796 Mollior et cygni plumis et lacte coacto. 14. Zu VI 70, 12.

LXV 5. Claudian. In Eutrop. II 528 Non radiis redimita comam, non flammea vultum. Vgl. zu VIII 70, 5.

LXIV 7. *moro — caduco.* Zu I 72, 5.

9. *lactis alligati.* Zu Ricotta verdichteter Milch. Zu I 43, 7.

14. *Priamive Nestorisve.* Zu II 64, 3.

18. Zu IV 83, 4.

LXV. An der Stelle, wo Domitian im Januar 93 in Rom eingezogen war, befand sich bei Abfassung dieses Gedichts, die also nicht ganz kurze Zeit nach diesem Einzuge erfolgte, ausser dem wol auch erst nach dem Einzuge erbauten Tempel der Fortuna Redux ein prachtvoller Triumphbogen, wol ein Umbau der porta triumphalis. Vgl. Becker Topogr. 153 u. 642; die Einl. S. 59 f. u. SG III 185, 2.

3. *Arctoï — belli:* des Sarmatenkrieges.

5. 6. Weisse Kleidung und Lorbeerbekränzung des Volkes war bei festlichen Einzügen gewöhnlich. Herodian. VIII 7, 2 οἱ λευχει.

Roma salutavit voce manuque ducem.
Grande loci meritum testantur et altera dona:
Stat sacer et domitis gentibus arcus ovat:
Hic gemini currus numerant elephanta frequentem,
Sufficit immensis aureus ipse iugis.
Haec est digna tuis, Germanice, porta triumphis:
Hos aditus urbem Martis habere decet.

LXVI.

Augusto pia tura victimasque
Pro vestro date Silio, Camenae.
Bis senos iubet en redire fasces,
Nato consule, nobilique virga
Vatis Castaliam domum sonare
Rerum prima salus et una Caesar.
Gaudenti superest adhuc quod optet,
Felix purpura tertiusque consul.
Pompeio dederit licet senatus
Et Caesar genero sacros honores,
Quorum pacificus ter ampliavit
Ianus nomina: Silius frequentes
Mavult sic numerare consulatus.

LXV 6. ducem *QFω Scr Gilbert p. 21* ducum *EXAB* deum *corr. B Schn* deum ducem *G* 8. ovat *EXABCG* ovans *QFω*.
LXVI 5. sonare 6. Caesar. *Frdl SG III 445* sonare. Caesar, *Schn.*

μονοῦντες καὶ δαφνηφόροι — εὐφήμουν τε καὶ ἐφυλλοβολοῦντο τὸν Μάξιμον. Vgl. Dio LXXIV 1.

7. *dona.* Zu VII 34, 9. 9. *numerant.* Zu VIII 28, 7.

10. *aureus ipse.* Die vergoldete Broncestatue des Kaisers, die auf jeder der beiden Elephanten-Quadrigen stand, welche den Bau krönten.

LXVI. Auf die Verleihung des Consulats an einen der beiden Söhne des Silius Italicus zu IV 14, wol für das letzte nundinium des Jahres 93 vom 1. September ab. SG III 434 und 445. Einl. S. 60 f.

6. *Rerum prima salus.* II 91, 1 Rerum certa salus.

7. 8. Der zweite Sohn des Silius starb jedoch sehr bald darauf, spätestens im J. 94 IX 86, 1. 8. *Felix purpura* wie VIII 8, 4.

8—12. Silius will die 3 Consulate, die sein Haus dann aufzuweisen haben würde, lieber so, d. h. mit seinen Söhnen zusammen und durch die Gnade des Kaisers erhalten, als so wie Pompeius, der

LXVII.

Horas quinque puer nondum tibi nuntiat, et tu
Iam conviva mihi, Caeciliane, venis,
Cum modo distulerint raucae vadimonia quartae
Et Floralicias lasset harena feras.
Curre, age, et inlotos revoca, Calliste, ministros;
Sternantur lecti: Caeciliane, sede.
Caldam poscis aquam: nondum mihi frigida venit:
Alget adhuc nudo clusa culina foco.
Mane veni potius; nam cur te quinta moretur?
Ut iantes, sero, Caeciliane, venis.

LXVIII.

Qui Corcyraei vidit pomaria regis,

LXVII 10. Ut jantes (jentes) sero *RMercier Scr* Ut jantesero *B* uti ante sero *EXAF* ut jam te sero *G* Ut ante sero 𝔓 cur autem sero *Q* aut cur non sero ω venis] veni *R*.

---

sie dem Senat, und als so wie Agrippa, der sie seinem Schwiegervater August verdankte. SG III 445.

LXVII 1. *puer.* Der zum Ansagen der Stunden angestellte Sklav. Juv. 10, 216. Becker-Göll II 417. Die gewöhnliche Stunde der Mahlzeit war die neunte. Marquardt Prl. 289, 3.

3. D. h. obgleich erst eben die vom Geschrei der Rechtsanwälte erfüllte vierte (daher rauca) Stunde (zu IV 8) vorüber ist, in oder nach welcher die Termine durch die Magistrate vertagt worden sind. Vgl. Madvig Verfassg. u. Verwaltg. d. röm. Staates II 248 ff. Cic. pro Quinctio c. 5, 22; 14, 46 ad Attic. II 7, 2 ad familiares II 8, 1. Plin. N. h. VII 128. Juv. 3, 213.

4. Bei den ludi Florales (28. April bis 3. Mai) wurde zahmes Wild gehetzt, ein Schauspiel, das wol nur den Vormittag ausfüllte. Friedlaender bei Marquardt StV III 502, 6.

6. *Caeciliane, sede.* Zu III 44, 15.

7. *Caldam — aquam.* Zur Mischung mit dem Wein. XIV 105 Frigida non de͡erit, non de͡erit calda petenti. Juv. 5, 63. Becker-Göll III 441. 9. *quinta:* eigentlich das Warten bis zur fünften Stunde.

10. Das erste Frühstück, jentaculum, wurde in der dritten oder vierten Stunde eingenommen. Marquardt Prl. 258, 2.

LXVIII 1. *Corcyraei — regis.* Da die Phäakeninsel allgemein für Corcyra gehalten wurde. Die Vergleichung mit den Gärten des Alcinous auch X 94, 1 XII 31, 10 XIII 37. Zu VII 42, 6.

Rus, Entelle, tuae praeferet ille domus.
Invida purpureos urat ne bruma racemos
Et gelidum Bacchi munera frigus edat,
Condita perspicua vivit vindemia gemma,
Et tegitur felix nec tamen uva latet:
Femineum lucet sic per bombycina corpus,
Calculus in nitida sic numeratur aqua.
Quid non ingenio voluit natura licere?
Autumnum sterilis ferre iubetur hiems.

LXIX.

Miraris veteres, Vacerra, solos,
Nec laudas nisi mortuos poetas.
Ignoscas petimus, Vacerra: tanti
Non est, ut placeam tibi, perire.

LXX.

Quanta quies placidi, tanta est facundia Nervae,
Sed cohibet vires ingeniumque pudor.
Cum siccare sacram largo Permessida posset

LXX 3. siccare *Qω* saciare *XABCGO* satiare *EF* sacram *ΦF* sacrum *QO* sacra *EXABCG* Cum satiare sacra large Permesside possit Ora *Hns*.

---

2. *Entelle*. Ein Freigelassener Domitians, der das Amt a libellis verwaltete und später an der Verschwörung gegen ihn theilnahm. SG I 86, 2 u. 158.

Rus — tuae — domus. Ein Oxymoron wie XII 57, 21 rus in urbe est: das in deinem städtischen Palast gelegene Landgut.

3 ff. Ueber die mit Frauencis oder Glas gedeckten Treibhäuser der Römer vgl. VIII 14, 1 u. Becker-Göll III 78, 5 ff.

5. 6. Der Ausdruck ähnlich IV 22, 5 u. 6.

7. *bombycina*. Dünne, durchsichtige Florkleider. Vgl. XIV 24,1. Marquardt Prl. 477.

LXIX. SG III 403, 4. Vgl. V 10.

3. 4. *tanti Non est — perire*. Vgl. X 12,5 und Madvig Opp. II 192.

LXX 1. *Nervae*. Des spätern Kaisers. Vgl. IX 26. Auch Plin. Epp. V 3, 5 nennt ihn als Dichter. Er hatte zu dem poetischen Kreise Neros gehört. SG III 367. Teuffel RLG 330, 1.

Ore, verecundam maluit esse sitim,
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus, famae nec dare vela suae.
Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

LXXI.

Quattuor argenti libras mihi tempore brumae
Misisti ante annos, Postumiane, decem.
Speranti plures — nam stare aut crescere debent
Munera — venerunt plusve minusve duae.
Tertius et quartus multo inferiora tulerunt:
Libra fuit quinto Septiciana quidem.
Bessalem ad scutulam sexto pervenimus anno;
Post hunc in cotula rasa selibra data est.
Octavus ligulam misit sextante minorem;
Nonus acu levius vix cocleare tulit.

LXX 5. Lucret. V 1399 caput — plexis redimire coronis. Ovid. Fast. III 269 frontem redimita coronis VI 321 frontem Cybele redimita corona. Ovid. Am. III 11, 29 Her. 6, 115 Sil. Ital. XVI 526 redimita corona. 6. Propert. IV 19, 2 lecto quem dare vela tuo.

LXXI 1. Propert. I 8, 9 tempora brumae. Vgl. zu M. V 34, 5 frigora brumae.

6. *dare vela.* XII 44, 7 Nec deerant Zephyri si te dare vela iuvaret. 8. *docti — Neronis.* SG III 364 f.

LXXI. Vgl. X 57 XI 105.

1. *Quattuor argenti libras.* Auch hier nicht Bruchsilber oder Barren, sondern Silbergeräth im Gewicht von 4 Pfund. Zu III 44, 2.

6. *Septiciana.* Zu IV 88, 3.

4. *plusve minusve.* IX 100, 4 plus minus.

7. *Bessalem — scutulam.* Ein Schüsselchen von 8 Uncien = 218, 30 Gramm Gewicht.

8. *in cotula rasa selibra.* Ein knappes halbes Pfund zu I 99, 15) in Gestalt einer cotula.

9. *ligulam — sextante minorem.* Einen Löffel, der um einen sextans weniger als eine selibra, oder weniger als einen sextans = 54, 58 Gramm wog.

10. *cocleare.* »Die hier gegebene Reihe kleiner Hohlmasse stimmt mit keinem der Metrol.[2] S. 637 f. aufgeführten Systeme genau überein. Nur das zeigt sich auch hier, dass für M. sowie für die allgemeine

Quod mittat nobis decimus iam non habet annus:
Quattuor ad libras, Postumiane, redi.

LXXII.

Nondum murice cultus asperoque
Morsu pumicis aridi politus
Arcanum properas sequi, libelle,
Quem pulcherrima iam redire Narbo,
Docti Narbo Paterna Votieni,
Ad leges iubet annuosque fasces:
Votis quod paribus tibi petendum est,
Continget locus ille et hic amicus.
Quam vellem fieri meus libellus!

LXXIII.

Instanti, quo nec sincerior alter habetur
Pectore nec nivea simplicitate prior,
Si dare vis nostrae vires animosque Thaliae
Et victura petis carmina, da quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lascive Properti:

LXXII 3. Arcanum *QEAF* Archanum ΨXB Artanum ω *Ser.*
LXXIII 5. lascive] lasciva ΨG.

LXXII 2. Catull. 1, 2 Arida modo pumice expolitum.

Anschauung das cochleare das winzigste Hohlmass ist, das überhaupt vorkommt.« *Hultsch.*

LXXII 1. 2. Vgl. zu I 66, 10 und III 2, 10.

3. *Arcanum.* Er wird sonst nirgend erwähnt.

5. *Narbo Paterna.* Narbo heisst als Colonie Cäsars Colonia Julia Paterna. Herzog Gallia Narbonensis 115, 36 a. Marquardt StV I 264, 1.

Votieni. Ein Sohn des Votienus Montanus, eines bedeutenden Redners, der unter Tiber auf den Balearen starb. Teuffel RLG 276, 1 und 326, 17.

6. Zur Verwaltung des höchsten jährigen Municipalamts, des Duumvirats. Zu den Insignien desselben gehörten fasces ohne Beile. Marquardt StV I 175 f.

LXXIII 1. *Instanti.* Zu VII 68.

3. *Thaliae.* Zu IV 8, 12.

4. *victura.* Zu I 25, 7.

Ingenium Galli pulchra Lycoris erat;
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli:
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi:
Non me Paeligni nec spernet Mantua vatem,
Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

LXXIV.

Oplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante:
Fecisti medicus quod facis oplomachus.

LXXV.

Dum repetit sera conductos nocte penates
Lingonus a Tecta Flaminiaque recens,
Expulit offenso vitiatum pollice talum
Et iacuit toto corpore fusus humi.
Quid faceret Gallus, qua se ratione moveret?
Ingenti domino servulus unus erat,
Tam macer, ut minimam posset vix ferre lucernam:

LXXIV 2. oplomachus *P* oplomacus *RXAG* hoplomachus *QEF*.

LXXV 1. Vergil. A. VII 16; 492 sera — sub nocte. 4. Verg. A. VI 423 fusus humi.

---

7. *arguti — Tibulli.* Zu VI, 34, 7.

8. *dictavit* wie XII Epist. dictavit auditor. *docte Catulle.* Zu I 61,1.

10. *Alexis.* Zu VIII 56, 12.

LXXIV. PIMeier De gladiatura Romana (Bonn 1881) erklärt: et nunc et olim homines luce et salute privasti, wol richtig. Die SG II 485 f. gegebene Erklärung, dass die oplomachi sich gegenseitig durch die Visierlöcher nach den Augen stiessen, ist nicht haltbar.

1. *Oplomachus.* Diese Form haben die Inschriften ausgenommen CIL VI 631 [a. p. C. 177]; Sueton. Calig. 35 codd. aplomacho; Seneca Controv. excerpt. III praef. 10 Montepessul. u. Parisin. oplomachis. Meier l. l. p. 22, 4.

LXXV 1. *conductos — penates.* XI 82, 2 Conductum — larem. Vgl. zu IX 18, 2.

2. *Tecta Flaminiaque.* Die via Tecta war eine bedeckte Halle zwischen der via Flaminia und dem Flusse, beiden nicht fern und höchst wahrscheinlich in der Gegend des Tarentum. Becker Top. S. 641. Jordan Forma urbis p. 35, 1.

Succurrit misero casus opemque tulit;
Quattuor inscripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus;
Hos comes invalidus submissa voce precatur,
Ut quocunque velint, corpus inane ferant:
Permutatur onus stipataque tollitur alte
Grandis in angusta sarcina sandapila.
Hic mihi de multis unus, Lucane, videtur,
Cui merito dici »mortue Galle« potest.

LXXVI.

»Dic verum mihi, Marce, dic amabo;
Nil est, quod magis audiam libenter.«
Sic et cum recitas tuos libellos,
Et causam quotiens agis clientis,
Oras, Gallice, me rogasque semper.
Durum est me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergo quid sit, audi:
Verum, Gallice, non libenter audis.

LXXV 11. Cons. ad Liv. 289 submissa voce loquetur. 12. Propert. IV 17, 32 animae portent corpus inane suae. Ovid. Am. III 9, 6 corpus inane rogo.

LXXVI 1. Apollinar. Sidon. C. 9, 1 Dic, die quod peto, Magne, dic amabo.

9. 10. Geringe Leute wurden bei Nacht bestattet. Marquardt Prl. 333 f.

9. *inscripti*. Gebrandmarkte Sklaven. Plin. N h. XVIII 21. Juv. 14, 24 inscripta ergastula. Marquardt Prl. 180, 4.

12. D. h. dass sie den todten Körper an den ersten besten Ort tragen und statt seiner den Lingoner aufladen möchten.

15. *Lucane*. Domitius Lucanus. Zu I 36.

16. *mortue Galle*. Diese Spottverse stammen wahrscheinlich aus dem in ionici a maiore verfassten Spottliede, mit welchem die Retiarier die Myrmillonen neckten:

Piscem peto, non te peto, quid me fugi', Galle,
– – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – mortue Galle.

SG II 482. Dies konnte sehr wol auch dann allbekannt sein, wenn nach PJMeier De gladiatura Rom. p. 35—42 die Gattung der Galli bereits aus der Arena verschwunden war.

LXXVII.

Liber, amicorum dulcissima cura tuorum,
Liber, in aeterna vivere digne rosa,
Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo
Splendeat et cingant florea serta caput;
Candida nigrescant vetulo crystalla Falerno
Et caleat blando mollis amore torus.
Qui sic vel medio finitus vixit in aevo,
Longior huic facta est, quam data vita fuit.

LXXVIII.

Quos cuperet Phlegraea suos victoria ludos,
Indica quos cuperet pompa, Lyaee, tuos,
Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi,
O pudor! o pietas! et putat esse parum.
Non illi satis est turbato sordidus auro
Hermus et Hesperio qui sonat orbe Tagus.
Omnis habet sua dona dies: nec linea dives

LXXVII 3. Sil. Ital. XI 402 Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo. Vergil. Ecl. 4, 25 Assyrium vulgo nascetur amomum. 4. Tibull. I 1, 2 florea serta lapis. 5. Catull. 27, 1 Minister vetuli puer Falerni.

LXXVIII 5. Vergil. G. II 137 auro turbidus Hermus.

LXXVII 1. *Liber.* Nach IX 72, wie es scheint, ein dem Dichter befreundeter Faustkämpfer.

3. *crinis amomo* = V 74, 3.

5. *vetulo — Falerno.* Zu I 18, 1.

nigrescant. Zu VIII 56, 14.

LXXVIII. Auf die Schauspiele, welche Stella (zu I 7, zur Feier der Beendigung des Sarmatenkrieges gegeben hatte. Einl. S. 60.

1. *Phlegraea — victoria.* Der Sieg der Götter über die Giganten auf den phlegräischen Feldern. Vgl. VIII 50, 1.

2. Zu VIII 26, 5. 3. *triumphi.* Zu VIII 15, 5—7.

5. 6. Stat. S. I 2, 127 Huic Hermum fulvoque Tagum decurrere limo.

7. *linea dives.* Offenbar eine ausgespannte Leine', an welcher die für das Volk bestimmten Geschenke befestigt waren, die etwa im Sprunge erhascht werden konnten. Stat. S. I 6, 10 jam bellaria (cod. velaria) linea pluebant; vgl. Grosse Obss. in Stat. p. 39.

Cessat, et in populum multa rapina cadit:
Nunc veniunt subitis lasciva nomismata nimbis,
Nunc dat spectatas tessera larga feras.
Nunc implere sinus securos gaudet et absens
Sortitur dominos, ne laceretur, avis.
Quid numerem currus ter denaque praemia palmae,
Quae dare non semper consul uterque solet?
Omnia sed, Caesar, tanto superantur honore,
Quod spectatorem te tua laurus habet.

LXXIX.

Omnes aut vetulas habes amicas
Aut turpes vetulisque foediores.
Has ducis comites trahisque tecum
Per convivia, porticus, theatra.
Sic formosa, Fabulla, sic puella es.

LXXX.

Sanctorum nobis miracula reddis avorum.

LXXVIII 14. consul uterque: zu IV 78, 6.

---

9. 10. Zu den unter das Volk ausgeworfenen Geschenken SG II 275 f. gehörten lasciva nomismata, d. h. münzenähnliche Marken mit obscönen Darstellungen, wie sie noch vorhanden sind Eckhel D. N. VIII 315, auf die man in Bordelle Einlass erhielt, oder die man den bei der sparsio in Masse anwesenden faciles emi puellae Stat. S. I 6, 67 statt der Zahlung geben konnte, und tesserae, welche die Inhaber zum Empfang der zur Schau gestellten Thiere berechtigten. Die Vögel selbst wurden nicht unter das Volk geworfen, weil sie dabei in Stücke gerissen worden wären, sondern Loose, deren Inhaber sich dann die Vögel abholten, ohne sich balgen zu müssen implere sinus securos gaudet — avis).

13. 14. Ueber die von den Consuln schon beim Amtsantritt Mommsen StR I 399 gegebenen Circusspiele Friedlaender bei Marquardt StV III 486, 2.

13. *ter denaque praemia palmae*, d. h. 30 Rennen missus an einem Tage, eine ungewöhnlich hohe Zahl. Das. S. 515, 2.

16. *tua laurus:* dein Siegesfest.

LXXX 1—4. Domitian hatte hiernach in einem zur Feier der Beendigung des Sarmatenkrieges gegebenen Gladiatorenspiel die Fechter

Nec pateris, Caesar, saecula cana mori,
Cum veteres Latiae ritus renovantur harenae
Et pugnat virtus simpliciore manu.
Sic priscis servatur honos te praeside templis,
Et casa tam culto sub Iove numen habet;
Sic nova dum condis, revocas, Auguste, priora:
Debentur quae sunt quaeque fuere tibi.

LXXXI.

Non per mystica sacra Dindymenes,
Nec per Niliacae bovem iuvencae,
Nullos denique per deos deasque
Iurat Gellia, sed per uniones.
Hos amplectitur, hos perosculatur,
Hos fratres vocat, hos vocat sorores,
Hos natis amat acrius duobus.
His si quo careat misella casu,
Victuram negat esse se nec horam.
Eheu, quam bene nunc, Papiriane,
Annaei faceret manus Sereni!

LXXX 4. Et pugnat *Gilbert p. 19, 11* Et pugna et *EXAG Schn*[1] et pugnet *PQFω Scr Schn*[2] ut pugnet *Gruter* 5. servatur *Fω Scr* servatus *EXABCG Schn.*

LXXXI 6. hos vocat ℌ*PQ Scr Schn*[1] *Gilbert*[4] *p. 213 f.* et vocat *EFω Schn*[2] 7. duobus *QFω Scr Gilbert* duabus *EXAG Schn* negat *ω Scr Gilbert* neget *EXACFG Schn.*

LXXX 8. quae sunt quaeque fuere: zu VIII 53.
LXXX 2. Ennod. C. II 2, 9 II 13, 9 Cana — secula.

---

nach alter und einfacherer Weise, d. h. doch wol ganz oder so gut wie ganz ohne Schutzwaffen kämpfen lassen.

6. *casa.* Wie es scheint, die casa Romuli auf dem Capitol (Vitruv. II 1, 5 Jordan Top. II 156, 5), die damals in ihrer ursprünglichen Einfachheit wiederhergestellt worden sein mag.

LXXXI 2. *Niliacae — iuvencae.* Zu II 14, 8.

11. *Annaei — Sereni.* Zu VII 45, 2. Weshalb die Hand oder die Mannschaft des Annaeus Serenus hier passend sein würde, ist völlig

LXXXII.

Dante tibi turba querulos, Auguste, libellos,
Nos quoque quod domino carmina parva damus.
Posse deum rebus pariter Musisque vacare
Scimus, et haec etiam serta placere tibi.
Fer vates, Auguste, tuos: nos gloria dulcis,
Nos tua cura prior deliciaeque sumus.
Non quercus te sola decet nec laurea Phoebi:
Fiat et ex hedera civica nostra tibi.

Subscriptionen. EXPLICIT EX· IX· LIB̄. INCIP̄ EX XI. LIB *so HMueller R.* M. V. Martialis Epigrammaton li. VIII. | explicit. incipit. VIIII. Ego Torquatus | Gennadius emendavi lege feliciter mi | Torane (so). *Q.*

räthselhaft. Doch spielt M. offenbar auf ein damals bekanntes Ereignis an.

LXXXII 1. *querulos — libellos.* Bittschriften wie VIII 31, 3 supplicibus — libellis.

2. *domino.* Zu V 8, 1.

3. *deum.* Zu IV 1, 10 u. V 8, 1.

4. *haec:* die der Dichter.

6. *cura prior.* Weil Domitian sich schon vor seiner Thronbesteigung mit der Poesie beschäftigt hatte. SG III 367.

7. *quercus.* Das Laub der corona civica, die auch dem August als servator civium decretirt worden war. Marquardt StV II 577, 2.

8. *civica nostra:* als dem servator der Dichter. Ueber die Anwendung des Epheus zur Bekränzung der Dichter vgl. die Erklärer zu Horat. C. I 1, 29 und Persius Prolog. 5.

M. Valerii Martialis Epigrammaton

Liber IX.

Note, licet nolis, sublimi pectore vates,
Cui referet serus praemia digna cinis,
Hoc tibi sub nostra breve carmen imagine vivat,
Quam non obscuris iungis, Avite, viris:
Ille ego sum nulli nugarum laude secundus,
Quem non miraris, sed puto, lector, amas.
Maiores maiora sonant: mihi parva locuto
Sufficit in vestras saepe redire manus.

Have, mi Torani, frater carissime. Epigramma, quod extra ordinem paginarum est, ad Stertinium clarissimum virum scripsimus, qui imaginem meam ponere in biblio-

---

Epigramm 7. sonant *RG Gilbert p. 24 s.* sonent *QEFω Schn.*

Epigramm 5. Tibull. I 6, 31 Propert. V 9, 38 Ovid. A. am. II 451 sq. Met. IV 226 Tr. IV 5, 12 IV 10, 1 Fast. III 505 Ex P. I 2, 35 sq.; 131 Ibis 247: Ille ego sum. Vgl. Markland ad Stat. S. V 3, 10.

Inc. auct. (Baehrens Plm V p. 97) Illa ego sum. Carmina de viris illustr. (Ib. p. 399) Ille ego sum.

Das dem Buch vorgesetzte Epigramm ist an Stertinius Avitus (zu I 16, 2) gerichtet, der M.'s Bild in seiner Bibliothek hatte aufstellen lassen.

5. *Ille ego sum* = IX 28, 2 X 53, 1.

nugarum. Zu I 113, 6.

Epist. 1. *Torani.* Zu V 78, 2.

frater. Eine gewöhnliche Anrede guter Freunde. SG I 398.

2. *extra ordinem paginarum.* Vgl. Birt S. 142, 3 (Band I S. 162).

2. 3. *clarissimum virum.* Der damals bereits übliche Titel der Senatoren. SG I 353.

theca sua voluit. De quo scribendum tibi putavi, ne ignorares, Avitus iste quis vocaretur. Vale et para hospitium.

I.

Dum Ianus hiemes, Domitianus autumnos,
Augustus annis commodabit aestates,
Dum grande famuli nomen asseret Rheni
Germanicarum magna lux Kalendarum,
Tarpeia summi saxa dum patris stabunt,
Dum voce supplex dumque ture placabit
Matrona divae dulce Iuliae numen:
Manebit altum Flaviae decus gentis
Cum sole et astris cumque luce Romana.
Invicta quidquid condidit manus, caeli est.

II.

Pauper amicitiae cum sis, Lupe, non es amicae.
Et queritur de te mentula sola nihil.

(I 9. Ovid. Am. I 15, 16 Cum sole et luna semper Aratus erit).
(I 3. Sidon. Apoll. C. 2, 93 famulum — Orontem).

---

4. *De quo scribendum tibi putavi.* Hiernach muss Toranius damals wol ausserhalb Roms gelebt haben, da ihm sonst der von M. als Dichter bezeichnete Consular schwerlich hätte unbekannt sein können. Dafür spricht auch die Aufforderung am Schluss para hospitium vgl. X 104, 12—14. Vielleicht war er ein Spanier, und M. trug sich schon damals mit dem Gedanken an die Heimkehr.

I 1—4. *Domitianus.* Suet. Dom. c. 13 post autem duos triumphos, Germanici cognomine assumpto, Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset.

6. 7. In dem von Domitian an der Stelle seines Geburtshauses auf dem Quirinal erbauten, offenbar damals eben vollendeten daher früher nicht erwähnten templum gentis Flaviae vgl. IX 3, 12 IX 20 IX 34, 7 und zu V 64, 5, dessen Stelle jetzt durch den Fund einer Kolossalbüste des Vespasian genau bestimmt ist (Bull. commun. di Roma 1873 p. 229, war Julia, die Tochter des Titus zu VI 3, 6 VI 13, beigesetzt Becker Top. 586, die also nach dieser Stelle zu den göttlich verehrten Mitgliedern des flavischen Geschlechts gehörte.

Illa siligineis pinguescit adultera cunnis,
Convivam pascit nigra farina tuum.
Incensura nives dominae Setina liquantur,
Nos bibimus Tusci pulla venena cadi.
Empta tibi nox est fundis non tota paternis,
Haud sua desertus rura sodalis arat.
Splendet Erythraeis perlucida moecha lapillis,
Ducitur addictus, te futuente, cliens,
Octo Syris suffulta datur lectica puellae,
Nudum sandapilae pondus amicus erit.
I nunc et miseros, Cybele, praecide cinaedos:
Haec erat, haec cultris mentula digna tuis.

III.

Quantum iam superis, Caesar, caeloque dedisti
Si repetas et si creditor esse velis,
Grandis in aetherio licet auctio fiat Olympo

II 6. Tusci *Frdl* Corsi ℘*F Scr Schn* crosi *Q* tosti *X* torti *Eω*.

II 3. *siligineis — cunnis.* Das Gebäck erhielt häufig obscöne Formen priapus siligineus XIV 69. SG I 436, 1.

5. Ueber das Klären des Weins zu VIII 45, 3. Zur Kühlung legte man Schnee auf das colum oder den saccus und goss den Wein darüber ein. Marquardt Prl. 324.

dominae. Für die Geliebte. Zu VII 14, 8.

Setina. Zu IV 69, 1.

6. *Tusci.* Die Lesart tosti X (torti ω) führt auf Tusci (als schlechte Weinsorte auch I 26, 6). ℘Q haben Corsi; doch ist nur corsischer Honig, nicht corsischer Wein als schlecht bekannt. IX 26, 4 XI 42, 4.

9. *Erythraeis — lapillis.* Zu V 37, 4.

10. *Ducitur addictus — cliens.* D. h. er wird in die Schuldhaft abgeführt, wofür duci der eigentliche Ausdruck ist. Z. B. Cic. de or. II 63, 255 ut apud Naevium videtur esse misericors ille, qui judicatum duci videns percontatur ita: Quanti addictus? mille nummum. Gellius XX 1, 51 addici et vinciri multos videmus. Vgl. Bethmann-Hollweg, röm. Civilprocess II 660 ff. und Madvig Verfassg. u. Verw. II 194.

11. *Octo Syris.* Zu VII 53, 10.

13. *cinaedos.* Die entmannten Cybelepriester.

Coganturque dei vendere quidquid habent,
Conturbabit Atlans, et non erit uncia tota,
Decidat tecum qua pater ipse deûm.
Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis,
Quid pro Tarpeiae frondis honore potest?
Quid pro culminibus geminis matrona Tonantis?
Pallada praetereo: res agit illa tuas.
Quid loquar Alciden Phoebumque piosque Laconas?
Addita quid Latio Flavia templa polo?
Expectes et sustineas, Auguste, necesse est:
Nam tibi quod solvat non habet arca Iovis.

III 5. Atlans *F* Athlans *PXA* Atlas *Q Scr Schn.*

III 5. *Atlans.* Hier sehr ungewöhnlich für den Himmel als Sitz sämmtlicher Götter (coelicolae, quotquot sustinet Atlas. Schrevel. Vgl. zu Sp 12, 1.

5. 6. Der ganze Himmel wird Bankerott machen und Jupiter nicht den zwölften Theil der Schuld aufbringen können, um durch Anerbietung desselben einen Vergleich zu Stande zu bringen.

decidere: sich vergleichen, absolut auch bei Cicero Verr. II 3, 48 pro Rosc. com. 36. Aurel. Victor V. ill. 56, 4.

7. Der Neubau des capitolinischen Jupitertempels war 81/82 vollendet. Preller RM I 238.

8. Die Stiftung des agon Capitolinus, in dem die Sieger mit Eichenlaub bekränzt wurden. SG II 437 f. Vgl. zu V 1, 8.

9. Domitian scheint hiernach zwei Tempel der Juno gebaut zu haben, den einen ohne Zweifel auf dem Capitol an Stelle des im J. 69 abgebrannten (Imhof, Domitian S. 81).

10. *Pallada.* Zu VIII 1, 4.

11. *Alciden.* M. denkt hier an den von Domitian erbauten, damals kürzlich vollendeten Tempel des Hercules an der Via Appia. IX 101.

Phoebumque. Vielleicht ein Bau am Tempel des Apollo Palatinus.

piosque Laconas: die Dioskuren. Becker Die röm. Topog. in Rom S. 101 nimmt an, dass M. den Castortempel am Forum meint, der im Neronischen Brande zerstört und von Domitian wieder hergestellt sei.

12. *Flavia templa* = IX 34, 2. Zu IX 1, 6.

Latio — polo. Dem römischen Himmel, d. h. der Gesammtheit der römischen Götter.

IV.

Aureolis futui cum possit Galla duobus
Et plus quam futui, si totidem addideris:
Aureolos a te cur accipit, Aeschyle, denos?
Non fellat tanti Galla. Quid ergo? Tacet.

V.

Nubere vis Prisco: non miror, Paula: sapisti.
Ducere te non vult Priscus: et ille sapit.

VI.

Tibi, summe Rheni domitor et parens orbis,
Pudice princeps, gratias agunt urbes:
Populos habebunt; parere iam scelus non est.
Non puer avari sectus arte mangonis
Virilitatis damna maeret ereptae,
Nec quam superbus computet stipem leno,
Dat prostituto misera mater infanti.
Qui nec cubili fuerat ante te quondam,
Pudor esse per te coepit et lupanari.

VII.

Dicere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
Continuis volui quinque diebus Have.

V 1. sapisti] sapis tu *Bentley.*

VII 2. Have *Frdl* ave *R* (h *von zweiter Hand nach HJMueller,* habe *EXAG* ave *QFω Schn.*

VII 1. Vgl. zu II 56, 1.

IV 1. *Aureolis — duobus.* Vgl. X 75 und zu I 103, 10.

3. *Aeschyle.* Für einen unnatürlichen Lastern ergebenen Menschen auch IX 67.

VI. Bezieht sich wie IX 8 auf ein Edikt Domitians gegen die Prostitution von Kindern.

1. VII 7, 5 Te, summe mundi rector et parens orbis.

4. 5. Bezieht sich auf das ältere Verbot der Entmannung; zu II 60.

8. Bezieht sich auf die lex de adulteriis. Zu VI 2, 1.

»Non vacat«, aut »dormit«, dictum est bis terque reverso.
Iam satis est: non vis, Afer, havere: vale.

VIII.

Tanquam parva foret sexus iniuria nostri
Foedandos populo prostituisse mares,
Iam cunae lenonis erant, ut ab ubere raptus
Sordida vagitu posceret aera puer:
Immatura dabant infandas corpora poenas.
Non tulit Ausonius talia monstra pater,
Idem qui teneris nuper succurrit ephebis,
Ne faceret steriles saeva libido viros.
Dilexere prius pueri iuvenesque senesque,
At nunc infantes te quoque, Caesar, amant.

IX.

Nil tibi legavit Fabius, Bithynice, cui tu
Annua, si memini, milia sena dabas.
Plus nulli dedit ille: queri, Bithynice, noli:
Annua legavit milia sena tibi.

VII 4. *Wie im Text* (*doch* avere) *QωScr* Afer non vis habere *R* A. n. v. havere *AC* avere *ς Schn* Afer non ius avere *F* Afer novis (nobis *EX*) habere *EXG*.

VIII 3. cunae *TEACFO Schn* (culae naenonis *X*) cuncti *G* curae *ΨQω Scr*.

VIII 3. Verg. A. VI 428 et ab ubere raptum VII 483 ab u. raptum Ovid. F. IV 459 ab u. rapto. 9. Vgl. zu I 3, 5.

VIII. Zu IX 6.

7. *nuper*. Durch das Verbot der Entmannung. Zu IX 6, 3.

9. *iuvenesque senesque*. Zu I 3, 5.

IX 1. *Bithynice*. Ein Erbschleicher, der für Geschenke an Fabius, in der Hoffnung von ihm im Testament bedacht zu werden, jährlich 6000 Sesterzen ausgegeben hatte. SG I 369, 2.

X.

Cenes, Canthare, cum foris libenter,
Clamas et maledicis et minaris.
Deponas animos truces, monemus:
Liber non potes et gulosus esse.

XI.

Nomen cum violis rosisque natum,
Quo pars optima nominatur anni,
Hyblam quod sapit Atticosque flores,
Quod nidos olet alitis superbae;
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet Cybeles puer vocari
Et qui pocula temperat Tonanti:
Quod si Parrhasia sones in aula,
Respondent Veneres Cupidinesque;
Nomen nobile, molle, delicatum
Versu dicere non rudi volebam:

XI 9. Catull. 3, 1 Lugete o Veneres Cupidinesque. Id. 13, 12 Donarunt Veneres Cupidinesque.

XI 10. Sidon. Apoll. C. 23, 20 (poema) Doctum, nobile, forte, delicatum. 11. 12. Id. 23, 485 sq. Horum nomina cum referre versu Affectus cupiat, metrum recusat.

X 4. Vincent. Bellov. Sp. d. V 14 Martialis coquus, Liber et gulosus esse non potes. Id. ib. V 156 Marcialis coquus, ‚Liber non potes et gulosus esse' ‚Liber eris, cenare etc. (M. II 53, 3. 4).

X 1. *Cenes — foris.* Zu II 11, 10.

XI. Die Epigramme 11—13 verherrlichen den Mundschenken Domitians, den Eunuchen Flavius Earinus, der seine abgeschnittenen Locken nebst einem Spiegel dem Aesculap zu Pergamus weihte (16. 17. 36. Stat. S. III 4).

3. Vgl. IX 13, 2.

4. Zu VI 55, 2.

5. Vielleicht mit Reminiscenz an Catull. 99, 2 Saviolum dulci dulcius ambrosia. Paukstadt p. 20.

8. *Parrhasia — in aula.* Zu VII 56, 2.

Sed tu syllaba contumax repugnas.
Dicunt Eiarinon tamen poetae,
Sed Graeci, quibus est nihil negatum
Et quos Ἄρες Ἄρες decet sonare:
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus severiores.

XII.

Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos essem,
Horrida si brumae sidera, Chimerinos;
Dictus ab aestivo Therinos tibi mense vocarer:
Tempora cui nomen verna dedere, quis est?

XIII.

Nomen habes teneri quod tempora nuncupat anni,
Cum breve Cecropiae ver populantur apes:
Nomen Acidalia meruit quod harundine pingi,
Quod Cytherea sua scribere gaudet acu:
Nomen Erythraeis quod littera facta lapillis,
Gemma quod Heliadum pollice trita notet:
Quod pinna scribente grues ad sidera tollant:
Quod decet in sola Caesaris esse domo.

XI 12. repugnas *EωScrSchn* rebellas *ΨQF*.
XIII 7. pinna *PEAFG* penna *Qω*.

XIII 7. Verg. A. IX 637 Claudian. cons. Stil. III 196 ad sidera tollunt.

---

12. *syllaba*. Zu I 61, 1.

15. Ἄρες Ἄρες. Il. E 31 u. 455. Lucil. Satt. rell. ed. LMueller IV (1) d. (Lachmann VIIII 313, Scribemus pacem placide Ianum aride acetum Ἄρες Ἄρες Graeci ut faciunt.

17. *Musas — severiores*. Vgl. LMueller r. m. p. 409.

XIII 2. II 46, 2 Cum breve Sicaniae ver populantur apes. XIII 104, 1 heisst die Biene Thesei populatrix — Hymetti.

3. *Acidalia*. Zu VI 13, 5.

harundine. Das beste Schreibrohr kam aus Aegypten oder aus Cnidos. Marquardt Prl. 800, 7.

5. *Erythraeis — lapillis*. Zu V 37, 4. 6. Vgl. V 37, 11.

7. Volando exprimentis litteras Y, cui respondet latina V, quae veris prima est. Schrevel. Vgl. XIII 75.

XIV.

Hunc, quem mensa tibi, quem cena paravit amicum,
Esse putas fidae pectus amicitiae?
Aprum amat et mullos et sumen et ostrea, non te.
Tam bene si cenem, noster amicus erit.

XV.

Inscripsit tumulis septem scelerata virorum
»Se fecisse« Chloe. Quid pote simplicius?

XVI.

Consilium formae, speculum, dulcesque capillos
Pergameo posuit dona sacrata deo
Ille puer tota domino gratissimus aula,
Nomine qui signat tempora verna suo.
Felix, quae tali censetur munere tellus!
Nec Ganymedeas mallet habere comas.

XVII.

Latonae venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa brevesque colos,
Hos tibi laudatos domino, rata vota, capillos
Ille tuus Latia misit ab urbe puer;
Addidit et nitidum sacratis crinibus orbem,

XV 1. tumulis *PQ* tumulo *EFω Scr* scelerata *PEXAF* celerata *G* celebrata *ω Scr* sepulcra *Q*.

XVI *(fehlt in Q)* 4. signat ℘ *Schn*^{2} signet *EFω Schn*^{1}.

XVII 3. domino rata vota *TE Schn* d. rata voce *XAG* d. sua vota ℘*QF Scr* dominorum voce *ω*.

XIV. Vincent. Bellov. Sp. d. VI 92 Marcialis coquus ‚Hunc quem mensa — amicum Esse putas fidae — mullos et sinum (*so*) et ostrea — noster amicus erit.'

XIV 3. Zu III 45, 6.

XVI. Zu IX 11. 5. Zu I 61, 3.

XVII. Zu IX 11.

2. *pensa.* D. h. die Verlängerung des Parzengespinnstes.

3. *rata vota.* Zu I 31.

4. *Latia — urbe.* Zu VIII 8, 5. 4. *tuus:* also aus Pergamum gebürtig?

Quo felix facies iudice tuta fuit.
Tu iuvenale decus serva, ne pulchrior ille
In longa fuerit quam breviore coma.

XVIII.

Est mihi, sitque precor longum te praeside, Caesar,
Rus minimum, parvi sunt et in urbe lares.
Sed de valle brevi, quas det sitientibus hortis,
Curva laboratas antlia tollit aquas:

XVII 6. tuta *T℘EFO Schn* tota *Qω Scr.*

XVIII 4. Curva *codd (QEF) Schn*[1] curta *Hns Schn*[2] tollit *℘Q EF Schn*[2] ducit *ω? Schn*[1].

XVII 6. Prop. III 4, 14 nam domina judice tutus ero).

XVIII 1. Vgl. zu I 108, 1. Ovid. Tr. I 9, 1 F. VI 219 Est mihi sitque precor. Seneca (Baehrens Plm IV p. 74) Epigr. 43, 1 Est mihi rus parvum, fenus sine crimine parvum.

---

6. Der Spiegel, vor dessen Urtheil das schöne Antlitz immer wohl bestand. Gilbert.

7. 8. Derselbe Wunsch in anderer Form V 48, 7. 8.

XVIII 1. I 108, 1 Est tibi sitque precor multos crescatque per annos etc.

longum. Soviel als diu; zu I 31, 7.

2. *Rus minimum.* Das Nomentanum. Zu I 105, 1.

parvi — lares. Wenn auch jedes Haus ursprünglich nur einen lar und zwei penates hatte (Marquardt StV III 121 ff.), und seit der ciceronischen Zeit lar metonymisch das Haus zu bezeichnen pflegte, während Lares familiares die Götter bezw. deren Bilder sind Jordan bei Preller RM II 106, 1), so ist doch mit der Zeit in Folge der Combinirung der Laren mit den Penaten auch die Bezeichnung der ganzen Gruppe mit lares oder penates, und eben so der metonymische Gebrauch beider Plurale für »Haus« gewöhnlich geworden. M. braucht neben penates) in der Regel den Plural lares I 70, 2 III 5, 6 III 31, 2 V 42, 2 IX 43, 2 X 58, 10; dasselbe Haus sowol mit lares als mit penates [wie hier v. 7] bezeichnet IX 61, 5 u. 15). Dagegen X 61, 5 lare perpetuo XI 83, 2 conductum — larem XII 57, 2 laremque villae sordidum. Zu Sp 12, 1. Den Besitz eines eigenen Hauses in der Stadt, wo er früher zur Miethe gewohnt hatte, erwähnt M. erst hier und IX 97, 8. Es lag wie die Miethwohnung (I 117 V 22 VI 27) in der Nähe des Quirinustempels. SG III 397, 9. Einl. S. 11.

4. *Curva — antlia.* Rich Illustr. Wörterbuch giebt unter Tolleno

Sicca domus queritur nullo se rore foveri,
Cum mihi vicino Marcia fonte sonet.
Quam dederis nostris, Auguste, penatibus undam,
Castalis haec nobis aut Iovis imber erit.

XIX.

Laudas balnea versibus trecentis
Cenantis bene Pontici, Sabelle.
Vis cenare, Sabelle, non lavari.

XX.

Haec, quae tota patet tegiturque et marmore et auro,
Infantis domini conscia terra fuit,
Felix o, quantis sonuit vagitibus et quas
Vidit reptantes sustinuitque manus:
Hic steterat veneranda domus, quae praestitit orbi

XX 3. Felix o, (*oder* O felix,) quantis *Gilbert*⁴ *p. 214* Felix o quantis *T Schn* Felix quantis *E* F. quanti *A* O felix quantis ⚲*QFO* Felix quae tantis ω*Q am Rande Scr* et quas *T*⚲*EXACFO Schn* et quae *PQ* (*in Q nachträglich hinzugefügt*) ω *Scr.*

XX 2. Prop. III 5, 26 conscia terra capit.

XX. Vgl. Claudian. IV cons. Honor. 132 sqq. Sidon. Apoll. C. 2, 102 sqq. 134 sqq.

eine Abbildung nach einem pompejanischen Gemälde einer Aegyptischen Landschaft. Ein gebogener Schwungbalken mit einem Strick, an dessen einem Ende ein Eimer hängt, ruht auf einer starken, aufrecht stehenden Unterlage und wird am anderen Ende von zwei Männern regiert, die den Eimer so eben aus dem Brunnen, in den sie ihn hinabgelassen haben, gefüllt herausziehen.

6. *Marcia.* Zu VI 42, 18.

7. *nostris — penatibus.* D. h. meiner Wohnung in der Stadt und auf dem Lande. Die von M. [hier erbetene Gunst der Versorgung beider Besitzungen mit Wasser hatte Statius für sein Landgut bei Alba erhalten. Stat. III 2, 61 ss.

XIX. SG III 400, 7.

XX. Zu IX 1, 6.

3. *Felix o quantis.* Gilbert⁴ p. 214 setzt vor quantis ein Komma, und versteht Felix o oder O felix als (an v. 1. 2 sich anschliessenden) Ausruf, und den mit quantis beginnenden Satz als Nebensatz (begründenden Relativsatz).

Quod Rhodos astrifero, quod pia Creta polo.
Curetes texere Iovem crepitantibus armis,
Semiviri poterant qualia ferre Phryges:
At te protexit superûm pater, et tibi, Caesar,
Pro iaculo et parma fulmen et aegis erat.

XXI.

Artemidorus habet puerum, sed vendidit agrum;
Agrum pro puero Calliodorus habet.
Dic, uter ex istis melius rem gesserit, Aucte:
Artemidorus amat, Calliodorus arat.

XXII.

Credis ob haec me, Pastor, opes fortasse rogare,
Propter quae vulgus crassaque turba rogat,
Ut Setina meos consumat gleba ligones
Et sonet innumera compede Tuscus ager;
Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes
Et crepet in nostris aurea lamna toris,
Nec labris nisi magna meis crystalla terantur
Et faciant nigras nostra Falerna nives:

XX 7. Ovid. M. I 143 XV 783 Tibull. II 5, 73 crepitantia — arma.

---

6. *Rhodos.* Weil dort Poseidon von den Telchinen auferzogen wurde. Diod. V 55. Preller GM I 497.

Creta. Weil Jupiter hier aufwuchs. Preller GM I 106.

Invenies qui te ducere, Sila, velit.«

XXIV.

Dum te prosequor et domum reduco,
Aurem dum tibi praesto garrienti,
Et quidquid loqueris facisque laudo,
Quot versus poterant, Labulle, nasci!
Hoc damnum tibi non videtur esse,
Si quod Roma legit, requirit hospes,
Non deridet eques, tenet senator,
Laudat causidicus, poeta carpit,
Propter te perit — hoc Labulle, verum est —?
Hoc quisquam ferat? ut tibi tuorum
Sit maior numerus togatulorum,
Librorum mihi sit minor meorum?
Triginta prope iam diebus una est
Nobis pagina vix peracta. Sic fit,
Cum cenare domi poeta non vult.

XXV.

Illa salax nimium nec paucis nota puellis
Stare Lino desît mentula. Lingua, cave.

XXIV 9. perit — hoc Labulle verum est —? *Gilbert*[4] *p. 219* perit? h. L. v. est? *Schn* ferat? ut *Gilbert* ferat, ut *Schn* 14. fit ℘ sit *Q* est *EFω* 15. poeta non vult *Gruter* non vult poeta *codd. (QEF)*.

XXIV 1—3. Pflichten der Clienten. SG I 340.

4. *Labulle.* Name eines die Ansprüche des Dichters nicht befriedigenden Patrons auch XII 36, 5.

11. *togatulorum.* Zu X 74, 3. 15. *cenare domi.* Zu II 11, 10.

XXV. Zu VI 26, 3. 2. *desît.* Zu Sp 16, 1.

XXVI.

O mihi grata quies, o blanda, Telesphore, cura,
Qualis in amplexu non fuit ante meo:
Basia da nobis vetulo, puer, uda Falerno,
Pocula da labris facta minora tuis.
Addideris super haec Veneris si gaudia vera,
Esse negem melius cum Ganymede Iovi.

XXVII.

Ferreus es, si stare potest tibi mentula, Flacce,
Cum te sex cyathos orat amica gari,
Vel duo frusta rogat cybii tenuemve lacertum,
Nec dignam toto se botryone putat;
Cui portat gaudens ancilla parapside rubra
Allecem, sed quam protinus illa voret:
Aut cum perfricuit frontem posuitque pudorem,
Sucida palliolo vellera quinque petit.
At mea me libram foliati poscat amica,
Aut virides gemmas sardonychasve pares.

XXVI 1. Horat. Epp. I 17, 6 grata quies.

XXVI 1. *Telesphore.* Zu X 83, 7.

3. *vetulo — Falerno.* Zu I 18, 1.

4. *facta minora.* Vgl. VIII 45, 4.

XXVII 2. *gari.* Zu VI 93, 6.

3. *cybii.* Zu V 78, 5. Ueber die zweisilbige Genitivendung zu I 26, 7.

lacertum. Zu VII 78, 1 u. 2.

5. *parapside rubra.* Auf einer gewöhnlichen Schüssel von rothem arretinischem Thon. Zu I 53, 6 II 43, 12.

6. *Allecem.* Zu III 77, 5.

7. *perfricuit frontem.* Um die Schamröthe zu vertreiben, wie Calvus bei Quintil. IX 2, 25. Cic. Tusc. III 18, 41. Plin. N. h. praef. 4 (perfricui faciem).

8. *Sucida.* Varro R. r. XI 6 recens lana tonsa sucida appellata est.

palliolo. Zu IX 32, 1.

9. *foliati.* Zu XI 18, 9.

10. *virides gemmas.* Zu IV 28, 4 IX 60, 17.

Nec nisi prima velit de Tusco Serica vico,
Aut centum aureolos sic velut aera roget.
Nunc tu velle putas haec me donare puellae?
Nolo, sed his ut sit digna puella volo.

XXVIII.

Invasit medici Nasica phreneticus Eucti
Et percidit Hylan. Hic, puto, sanus erat.

XXIX.

Languida cum vetula tractare virilia dextra
Coepisti, iugulor pollice, Phylli, tuo:
Nam cum me murem, cum me tua lumina dicis,
Horis me refici vix puto posse decem.
Blanditias nescis: »dabo« dic »tibi milia centum
Et dabo Setini iugera certa soli;
Accipe vina, domum, pueros, chrysendeta, mensas.«
Nil opus est digitis: sic mihi, Phylli, frica.

XXX.

Os male causidicis et dicis olere poetis.
Sed fellatori, Zoile, peius olet.

XXVIII 1. Eucti *T* Eucli *PQF* ducti *corr.* aucti *E EXA vgl.* VIII 6.
XXIX 3. murem *ΨQEXACF* vitam *Tω* 6. certa *T Schn* culta *QEFω Scr.*

XXIX 6. Eleg. de Maec. (Baehrens Plm I p. 125 34 Paucaque pomosi jugera certa soli (vgl. zu M. I 116, 2).

---

11. *prima — Serica.* Zu I 51, 1.

Tusco — vico. Die Tuskerstrasse (Pflasterbreite 4,48 m.) führte vom Forum nach dem Velabrum, Rindermarkt (forum boarium) und Circus einerseits, nach dem Aventin und der porta Trigemina andrerseits; seit alter Zeit hatten darin allerlei Zünfte, in späterer Zeit unter andern Spezereiwaarenhändler und Kleiderhändler ihre Buden (vestiarius de vico Tusco CIL VI 9976. Jordan Top. I 2, 468—470.

XXIX 6. *Setini — soli.* Zu IV 64, 34. IX 22, 3 Ut Setina meos consumat gleba ligones.

Ob jugera *certa* oder *culta* (vgl. I 116, 2) den Vorzug verdient, ist kaum zu entscheiden.

7. *chrysendeta.* Zu II 43, 11.

XXX 2. *Zoile.* Zu II 16.

XXXI.

Atreus Caecilius cucurbitarum
Sic illas quasi filios Thyestae
In partes lacerat secatque mille.
Gustu protinus has edes in ipso,
Has prima feret alterave cena,
Has cena tibi tertia reponet,
Hinc seras epidipnidas parabit.
Hinc pistor fatuas facit placentas,
Hinc et multiplices struit tabellas
Et notas caryotidas theatris.
Hinc exit varium coco minutal.
Ut lentem positam fabamque credas;
Boletos imitatur et botellos,
Et caudam cybii brevesque maenas.
Hinc cellarius experitur artes,
Ut condat vario vafer sapore
In rutae folium Capelliana.
Sic implet gabatas parapsidesque
Et leves scutulas cavasque lances.

XXXI 6. reponet, 7. parabit. 10. theatris. 12. credas; 14. maenas. *Gilbert*[4] *p. 219* reponet. parabit, theatris; credas: maenas: *Schn* 17. Capelliana *QEF*ω Capilliana *XOV*.

XXXI 4. *Gustu.* Marquardt Prl. 314.

5. 6. Die drei Gänge (fercula) der Mahlzeit. Daselbst 317, 3.

7. *epidipnidas.* Den Nachtisch; so auch Petron. c. 69, 6.

8. *pistor:* als Bäcker; ebenso v. 11 und 15.

10. Datteln (caryotae VIII 33, 11 XIII 27) gehörten zu den Gegenständen, die besonders häufig an Festtagen unter das im Theater versammelte Volk geworfen wurden. Stat. S. I 6, 20 Praegnantes caryotides pluebant.

14. *cybii.* Zu V 78, 6 und I 26, 7.

17. *In rutae folium.* Sprichwörtlich für einen kleinen Raum. In rutae folium conicere Petron c. 37; 58.

Capelliana. Wie es scheint, der Name eines nach dem Erfinder benannten Eingemachten. Ein C. Capellius Alexander CIL VI 14379; vgl. 14380 u. 14381. (Capillii kommen dort nicht vor).

18. 19. *gabatae* tiefe Gefässe; *parapsides* (paropsides) viereckige

Hoc lautum vocat, hoc putat venustum,
Unum ponere ferculis tot assem.

XXXII.

Nec toga nec focus est nec tritus cimice lectus
Nec tibi de bibula sarta palude teges,
Nec puer aut senior, nulla est ancilla nec infans,
Nec sera nec clavis nec canis atque calix.
Tu tamen affectas, Nestor, dici atque videri
Pauper, et in populo quaeris habere locum.
Mentiris vanoque tibi blandiris honore.
Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

XXXIII.

Saepius ad palmam prasinus post fata Neronis
Pervenit et victor praemia plura refert.
I nunc, livor edax, dic te cessisse Neroni:
Vicit nimirum non Nero, sed prasinus.

XXXIV.

Aedes emit Aper. sed quas nec noctua vellet
Esse suas: adeo nigra vetusque casa est.
Vicinos illi nitidus Maro possidet hortos.
Cenabit belle, non habitabit Aper.

XXXIV *(fehlt in Q)* 3. illi *EFω Scr Schn*^{2} illic *T Schn*^{1}.

XXXII. Vgl. Catull. 23 u. 24.

XXXIII 3. Ovid. Am. I 15, 1 Rem. am. 389 Lucan. I 285 livor edax Sidon. Apoll. Epp. IV 18, 17 Livor abi mordax, absolvanturque priores).

Schüsseln zu Beisätzen, aber auch allgemein für Schüsseln. Marquardt Prl. 635. *Scutulae* (auch VIII 71, 7) länglich viereckige Schalen.

XXXII 1. 2. Mit Erinnerungen an Catull. Vgl. zu I 92, 5.

2. *palude* metonymisch für Rohr, wie XIV 160, 1. *teges.* Zu VI 39, 4.

XXXIII 1. *Neronis.* D. h. des Domitian, der auch bei Juv. 4. 38 calvus Nero (Auson. Monosticha de XII Caesaribus: Frater quem calvum dixit sua Roma Neronem), bei Tertull. Apol. c. 4 portio Neronis de crudelitate heisst (Vita Veri c. 10: in pluribus Nero). Domitian hatte die Grünen im Circus begünstigt. SG II 299, 5. Vgl. Einl. S. 63.

XXXIV 4. *Cenabit belle.* XI 52, 1 Cenabis belle.

XXXV.

Ignotos mihi cum voces trecentos,
Quare non veniam vocatus a te,
Miraris quererisque litigasque.
Solus ceno, Fabulle, non libenter.

XXXVI.

Gaius hanc lucem gemma mihi Iulius alba
Signat, io, votis redditus, ecce, meis.
Desperasse iuvat veluti iam rupta sororum
Fila: minus gaudent qui timuere nihil.
Hypne, quid expectas, piger? immortale Falernum
Funde, senem poscunt talia vota cadum.
Quincunces et sex cyathos bessemque bibamus.
Gaius ut fiat Iulius et Proculus.

XXXVII.

Zoile, quid tota gemmam praecingere libra
Te iuvat et miserum perdere sardonycha?
Anulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus:
Non eadem digitis pondera conveniunt.

XXXV 2. a te *Pω Scr Gilbert p. 21* ad te *QEXAF Schn (zu XI 65, 1)*.
XXXVII 3. tuis *RQEFω Schn*^{2} tuus *TP Schn*^{1}.

XXXV 2. *vocatus a te.* XI 65, 1 Sescenti cenant a te. Justine, vocati. Gilbert p. 22. Ueber Gastmähler mit einer übermässigen Zahl von Gästen SG I 386, 4 u. 5.

XXXVI. Auf die Genesung des C. Julius Proculus I 70, 1.

1. *gemma — alba.* Zu VIII 45, 2.

3. *sororum.* Der Parzen, wie IV 73, 3. Vgl. VI 58, 7 lanificae — sorores.

5. *Hypne.* Name eines schönen Knaben auch XII 75, 2.
immortale Falernum = IX 93, 1.

6. *senem — cadum.* Zu I 39, 2.

7. 8. Zu IX 93, 2.

XXXVII 1. *Zoile.* Zu II 16.

3. *fuerat.* Zu I 107, 3.

XXXVIII.

Mulio viginti venît modo milibus, Aule.
Miraris pretium tam grave? surdus erat.

XXXIX.

Cunarum fueras motor, Charideme, mearum
Et pueri custos adsiduusque comes.
Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba
Et queritur labris puncta puella meis,
Sed tibi non crevit: te noster vilicus horret,
Te dispensator, te domus ipsa pavet.
Ludere nec nobis, nec tu permittis amare;
Nil mihi vis et vis cuncta licere tibi.
Corripis, observas, quereris, suspiria ducis,
Et vix a ferulis abstinet ira manum.
Si Tyrios sumpsi cultus unxive capillos,
Exclamas »Nunquam fecerat ista pater;«
Et numeras nostros astricta fronte trientes,
Tanquam de cella sit cadus ille tua.
Desine; non possum libertum ferre Catonem:
Esse virum iam me dicet amica tibi.

XL.

Formosam Glyceran amat Lupercus
Et solus tenet imperatque solus.
Quam toto sibi mense non fututam
Cum tristis quereretur et roganti

XXXVIII 1. venît *Gilbert* venit *Schn.*

XXXIX 5. crevit *TPQω Gilbert*[4] *p. 219* crevi *EXACF Schn.* 10. abstinet ira manum *PQEFω Scr* temperat ira sua *T* t. i. sibi (suis) *Hns* t. i. tua *Schn.*

XXXVIII 1. Vgl. VIII 13, 1.

venît (vgl. v. 2 surdus erat). Zu Sp 16, 1.

2. *surdus erat.* Er konnte also die Gespräche der auf dem Wagen sitzenden Personen nicht behorchen. Vgl. XII 24.

XXXIX 1. *fueras.* Zu I 107, 3.

13. *trientes.* Zu I 106, 8.

Causam reddere vellet Aeliano,
Respondit, Glycerae dolere dentes.

XLI.

Indulget pecori nimium dum pastor Amyntas
Et gaudet fama luxuriaque gregis,
Cedentes oneri ramos silvamque fluentem
Vicit, concussas ipse secutus opes.
Triste nemus dirae vetuit superesse rapinae
Damnavitque rogis noxia ligna pater.
Pingues, Lygde, sues habeat vicinus Iollas:
Te satis est nobis annumerare pecus.

XLII.

Vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis
Lemmata. Qui fieri, Caeciliane, potest?
Mella iubes Hyblaea tibi vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiae Corsica ponis api!

XLIII.

Deprensum in puero tetricis me vocibus, uxor,
Corripis et culum te quoque habere refers.

XLI 5. rapinae *codd (EF) Schn*[1] ruinae *(cgl. XIII 25, 2) Rooy Schn*[2].

XLII 2. Qui ℘ Qui *corr.* quid *Q Scr* Quid *TEFω Schn* Quid? *Gilbert*[4] *p. 219* 4. api! *Gilbert* api? *Schn.*

XL 5. *Aeliano.* Zu XII 24, 3.

XLI. Auf den Tod eines Schweinehirten Amyntas, der beim Abschütteln von Eicheln für seine Heerde vom Baum gestürzt war. Vielleicht Uebersetzung eines griechischen Epigramms.

3. *silvamque fluentem.* Die Masse des an den brechenden Aesten befindlichen, nun mit ihnen herabfallenden Laubes.

4. *Vicit.* Wie I 82, 6 Victa est pondere cum suo repente.

concussas ipse secutus opes. Dem herabgeschüttelten Reichthum des Baumes, d. h. den Eicheln folgend.

5. *rapinae.* Der durch den Sturz vom Baum dahingeraffte Amyntas wird der Raub des Gehölzes genannt.

7. *Lygde.* Der Hirt M.'s oder desjenigen, in dessen Namen er spricht.

XLII 4. IX 26, 4 Hyblaeis opibus Corsica mella dabit.

Dixit idem quotiens lascivo Iuno Tonanti?
Ille tamen grandi cum Ganymede iacet.
Incurvabat Hylan posito Tirynthius arcu:
Tu Megaran credis non habuisse nates?
Torquebat Phoebum Daphne fugitiva: sed illas
Oebalius flammas iussit abire puer.
Briseïs multum quamvis aversa iaceret,
Aeacidae propior levis amicus erat.
Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus,
Teque puta cunnos, uxor, habere duos.

XLIV.

Orbus es et locuples et Bruto consule natus:
Esse tibi veras credis amicitias?
Sunt verae, sed quas iuvenis, quas pauper habebas.
Qui novus est, mortem diligit ille tuam.

XLV.

Intrasti quotiens inscriptae limina cellae,
Seu puer arrisit sive puella tibi,
Contentus non es foribus veloque seraque,
Secretumque iubes grandius esse tibi:
Oblinitur minimae si qua est suspicio rimae
Punctaque lasciva quae terebrantur acu.
Nemo est tam teneri tam sollicitique pudoris,
Qui vel paedicat, Canthare, vel futuit.

XLVI.

Iam nisi per somnum non arrigis et tibi, Maevi,

XLIV 1. locuples — natus: *Gilbert*[4] *p. 219* locuples, natus *Schn.*

XLIII 8. *Oebalius — puer* = XIV 173, 2.

XLIV 1. *Bruto consule natus* = X 39, 1.

XLV 1. *inscriptae — cellae.* Petron. c. 7 Video quosdam inter titulos nudasque meretrices furtim conspatiantes. Tarde, immo jam sero, intellexi me in fornicem esse deductum. Juv. 6, 122 sagt von Messalina: (intravit) cellam vacuam atque suam: tunc nuda papillis Prostitit auratis, titulum mentita Lyciscae.

3. *velo — seraque* = I 34, 5.

Incipit in medios meiere verpa pedes.
Truditur et digitis pannucea mentula lassis
Nec levat extinctum sollicitata caput.
Quid miseros frustra cunnos culosque lacessis?
Summa petas: illic mentula vivit anus.

XLVII.

Omnia femineis quare dilecta catervis
Balnea devitat Lattara? Ne futuat.
Cur nec Pompeia lentus spatiatur in umbra,
Nec petit Inachidos limina? Ne futuat.
Cur Lacedaemonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida Virgine? Ne futuat.
Cum sic feminei generis contagia vitet.
Cur lingit cunnum Lattara? Ne futuat.

XLVIII.

Silius haec magni celebrat monumenta Maronis,

XLVI 6. Priap. 74, 2 Mentula barbatis non nisi summa petat.

XLVII 3. Prop. V 8, 75 Tu neque Pompeja spatiabere cultus in umbra. Ovid. A. am. I 67 Tu modo Pompeja lentus spatiare sub umbra. 7. Id. Rem. am. 613 contagia vites Ex P. III 2, 13 contagia vitet.

XLVI 2. *verpa.* Catullisches Wort (Catull. 28, 12).

3. *pannucea.* Vgl. Jahn ad Pers. 4, 21.

XLVII 3. *Pompeia — in umbra.* In der porticus des Pompejus, wo auch Frauen häufig lustwandelten. SG I 437, 6.

4. *Inachidos.* Der mit Io identificirten Isis, deren Tempel vorzugsweise von Frauen besucht wurden. II 14, 7 u. ö.

5. *ceromate.* Zu IV 19, 5.

5. 6. Nach den gymnastischen Uebungen (auf dem Marsfelde) nimmt er ein Bad in dem Wasser der dorthin geleiteten aqua Virgo (zu VII 32, 11), anstatt Thermen zu besuchen, in denen auch Frauen (und zuweilen mit Männern zusammen Marquardt Prl. 274 f.) badeten.

XLVIII 1. *Silius.* Zu IV 14. Er hatte hiernach und nach XI 49 das Grundstück bei Neapel erworben, auf dem sich das Grab Virgils befand; es hatte damals (XI 49) einem armen Besitzer gehört und war in vernachlässigtem Zustande und für Niemanden zugänglich ge-

Iugera facundi qui Ciceronis habet.
Heredem dominumque sui tumulive larisve
Non alium mallet nec Maro nec Cicero.

XLIX.

Iam prope desertos cineres et sancta Maronis
Nomina qui coleret, pauper et unus erat.
Silius † optatae succurrere censuit umbrae.
Silius et vatem non minor ipse, colit.

L.

Nulla est hora tibi qua non me, Phylli, furentem
Despolies: tanta calliditate rapis.
Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto,
Gemma vel a digito vel cadit aure lapis:
Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt.
Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx:

XLIX *(fehlt in Q)* 3. optatae *codd (EF)* Andinae *Hns* orbatae *ORibbeck Proll. ad Vergil. p. 123 (ed. minor p. 29)* en tantae o tantae) *Gilbert*[4] *p. 219* 4. non minor ipse colit *Hns* Filius en vatem n. m. i. c.) *Lipsius Scr* non minus ipse tulit *codd (EF) Schn* Filius ut vatem non minor ipse colit *Ribbeck l. l.*

---

wesen. Silius Italicus besass ausserdem eine der Villen Ciceros. De Rossi 'La villa di Silio Italico ed il collegio salutare nel Tusculo' [Bull. mun. d. Roma 1882 p. 141 ff.] vermuthet nach einer bei Tusculum gefundenen Inschrift [D. m. | Crescenti | Sili Italici | collegium salutarem — so], die nach der Form der Buchstaben eher auf den Sohn des Silius zu beziehen ist, dass Silius Italicus Ciceros Tusculanum besass. Teuffel RLG 320, 1 hatte an dessen Cumanum gedacht, Nissen Ital. Landeskunde I 330, 1 an sein Vaterhaus bei Arpinum.

4. Vgl. VII 63, 5. 6.

XLIX 4. *colit.* Plin. Epp. III 7, 8 sagt von den Villen des Silius: multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo verum etiam venerabatur, Vergili ante omnes, cujus natalem religiosius quam suum celebrabat, Neapoli maxime, ubi monimentum ejus adire ut templum solebat.

L 1. *furentem.* Wenn ich leidenschaftlich erregt bin. Horat. Epod. 11, 6 ex quo destiti Inachia furere.

5. D. h. gestohlene Florkleider können gerade vortheilhaft gekauft werden.

6. *Cosmi.* Zu I 87, 2. *onyx.* Zu VII 94, 1.

Amphora nunc petitur nigri cariosa Falerni,
Expiet ut somnos garrula saga tuos;
Nunc ut emam grandemve lupum mullumve bilibrem.
Indixit cenam dives amica tibi.
Sit pudor et tandem veri respectus et aequi:
Nil tibi, Phylli, nego; nil mihi, Phylli, nega.

LI.

Tanta est quae Titio columna pendet,
Quantam Lampsaciae colunt puellae.
Hic nullo comitante nec molesto
Thermis grandibus et suis lavatur.
Anguste Titius tamen lavatur.

LII.

Cenabis belle, Iuli Cerialis, apud me;
Condicio est melior si tibi nulla, veni.
Octavam poteris servare: lavabimur una:
Scis, quam sint Stephani balnea iuncta mihi.
Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo
Utilis, et porris fila resecta suis,
Mox vetus et tenui maior cordyla lacerto,

LII 1. Cerialis *P.*

LII 1. Catull. 13, 1 Cenabis bene, mi Fabulle, apud me.

---

7. *nigri — Falerni.* Zu VIII 56, 14. *cariosa.* Vgl. XIII 120, 1.
8. Zu VII 54, 3.
9. *mullumve bilibrem.* Zu II 37, 4; 43, 11.
LI 2. *Lampsaciae — puellae.* Zu XI 16, 3.
4. 5. *lavatur — lavatur.* Zu XI 15, 3.
LII 1. *Cenabis belle* = XI 34, 4. Zugleich Anklang an Catull. 13, 1.
Iuli Cerialis. Zu X 48, 5.
3. *Octavam.* Zu X 48.
12. *nil — nega.* Vgl. XII 79, 4.
4. *Stephani balnea* auch XIV 60, 2.
iuncta: benachbart. Zu VI 28, 5.
5. *lactuca.* Zu III 47, 8.
6. *porris.* Zu III 47, 8.
7. *cordyla.* Zu III 2, 4. *lacerto.* Zu VII 78, 1.

Sed quam cum rutae frondibus ova tegant;
Altera non deerunt tenui versata favilla
Et Velabrensi massa coacta foco,
Et quae Picenum senserunt frigus olivae.
Haec satis in gusta. Cetera nosse cupis?
Mentiar, ut venias: pisces, conchylia, sumen
Et chortis saturas atque paludis aves,
Quae nec Stella solet rara nisi ponere cena.
Plus ego polliceor: nil recitabo tibi,
Ipse tuos nobis relegas licet usque Gigantas.
Rura vel aeterno proxima Vergilio.

LIII.

Claudia caeruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, quam Latiae pectora gentis habet!

LII 10. foco, 16. tibi, *Gilbert*[4] *p. 219* foco; tibi. *Schn.*

LIII *(fehlt in Q)* 2. gentis $\Phi F\omega$ *Scr Schn*[2] plebis *EXABCOV* (X 25, 4 pectora plebis habes) *Schn.*

LII 9. 10. Ovid. M. VIII 667 sq. lactis massa coacti Ovaque non acri leviter versata favilla.

8. Zu X 48, 11.

9. *deerunt.* Zu IV 67, 3.

10. Geräucherter Käse, wol der von Plin. N. h. XI 241 gerühmte (qualis in ipsa urbe conficitur) vom Velabrum in Rom (XIII 32, wo es besonders Läden für Lebensmittel gab. Becker Top. 490.

11. Zu IV 43, 8.

14. *chortis — aves* = VII 31, 1.

15. *Stella.* Zu I 7, 1.

16. *nil recitabo tibi.* Ueber das Uebermass von Vorlesungen bei Gastmählern SG I 387.

17. 18. Virgil war vermuthlich das Vorbild des Cerialis in beiden Gedichten. SG III 406 u. 407.

LIII 1. *Claudia — Rufina* kommt nur hier vor.

caeruleis — Britannis: wie XIV 99, 1 pictis Britannis, weil sie ihren Leib mit vitrum (Waid?) färbten und tättowirten. Caesar BG V 14 omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem. Mela III 6. Herodian. III 14. Seneca Apocol. 12 (caeruleos Scuta Brigantas). Solinus XXII 12 ed. Mommsen p. 33, 12 ss. vgl. p. 112, 19.

Quale decus formae! Romanam credere matres
Italides possunt, Atthides esse suam.
Di bene, quod sancto peperit fecunda marito.
Quod sperat generos quodque puella nurus.
Sic placeat superis, ut coniuge gaudeat uno
Et semper natis gaudeat illa tribus.

LIV.

Unguenta et casias et olentem funera myrrham
Turaque de medio semicremata rogo
Et quae de Stygio rapuisti cinnama lecto,
Inprobe, de turpi, Zoile, redde sinu.
A pedibus didicere manus peccare protervae.
Non miror furem, qui fugitivus eras.

LV.

Hortatur fieri quod te Lupus, Urbice, patrem,
Ne credas; nihil est, quod minus ille velit.
Ars est captandi quod nolis velle videri;
Ne facias optat, quod rogat ut facias.
Dicat praegnantem tua se Cosconia tantum:
Pallidior fiet iam pariente Lupus.

LIII 3. 4. Ovid. F. II 441 Italidas matres.

LV 3. Vincent. Bellov. Sp. d. V 129 Martialis coquus ‚Ars est captandi, quod nolit (*so*) velle videri.'

3. Vgl. XII 21, 3 u. 4.

6. *puella:* als noch jugendliche Frau.

LIV. Ueber die Anwendung von Wohlgerüchen bei Leichenbegängnissen SG III 114 ff.

4. *Zoile.* Auch hier ein ehemaliger Sklave, doch von einer anderen Gattung als derjenigen, die gewöhnlich durch den Namen bezeichnet wird. Zu II 16.

LV. Ueber die heuchlerischen Wünsche der Erbschleicher SG I 370.

1. *Lupus.* Der Name ist hier wol willkürlich gewählt. Zu V 56, 1.
Urbice. Zu VII 51.

5. 6. Wenn deine Frau sich für schwanger erklärt, so wird er (vor Schreck) bleicher werden als eine Gebärerin.

At tu consilio videaris ut usus amici,
Sic morere, ut factum te putet esse patrem.

LVI.

Quod nimium mortem, Chaeremon Stoice, laudas,
Vis animum mirer suspiciamque tuum?
Hanc tibi virtutem fracta facit urceus ansa,
Et tristis nullo qui tepet igne focus,
Et teges et cimex et nudi sponda grabati,
Et brevis atque eadem nocte dieque toga.
O quam magnus homo es, qui faece rubentis aceti
Et stipula et nigro pane carere potes!
Leuconicis agedum tumeat tibi culcita lanis
Constringatque tuos purpura pexa toros,
Dormiat et tecum, modo qui, dum Caecuba miscet

LVI 2. tuum? *Frdl Gilbert* tuum *Schn* 11. modo qui, dum *Gronov Hns* qui cum modo Caecuba miscet *QFw Schn* misces *EX ABC* miscens *prV* qui commodo Caecuba miscens *Schmieder* qui commoda (XIII 119, 2) C. miscens *Gilbert.*

LVI 4. Tib. I 1, 6 luceat igne focus. 4. 5. Catull. 23, 1. 2 Furi quoi neque servus est neque arca, Nec cimex neque araneus neque ignis.

LVI. Vincent. Bellov. Sp. d. VI 111 (hinter M. II 80) Idem ‚Quod nimium laudas cheremon stoice mortem (*so Fam. Ca*) Vis animum etc. — tuum. Hanc tibi — focus (*v. 5—14 fehlen*).

LVI. Vgl. SG III 632, 3.

1. *Chaeremon.* Der Name ist wol in Erinnerung an den bekannten Stoiker Chäremon, welcher Neros Lehrer war, gewählt. SG I 466.

3. *urceus ansa* = XIV 106, 1.

4—6. Zu I 92, 5.

8. *stipula.* Wol die auf den gemähten Feldern aufgelesenen Halme die in Rom von den Aehrenlesern an arme Leute verkauft werden mochten.

9. *Leuconicis — lanis.* Zu XI 21, 8.

10. *purpura pexa.* D. h. vestes stragulae Marquardt Prl. 703 aus Purpurwolle (a. a. O. 712, 4).

11. *Caecuba.* Zu II 40, 5. *dum — miscet.* XII 29, 11 Attulerat mappam nemo, dum furta timentur.

Convivas roseo torserat ore puer:
O quam tu cupies ter vivere Nestoris annos
Et nihil ex ulla perdere luce voles!
Rebus in angustis facile est contemnere vitam:
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

LVII.

Miraris, docto quod carmina mitto Severo,
Ad cenam cum te, docte Severe, vocem?
Iuppiter ambrosia satur est et nectare vivit:
Nos tamen exta Iovi cruda merumque damus.
Omnia cum tibi sint dono concessa deorum,
Si quod habes non vis, ergo quid accipies?

LVIII.

Cum me velle vides tentumque, Telesphore, sentis,
Magna rogas: (puta me velle negare: licet?)
Et nisi iuratus dixi »dabo«, subtrahis illas,
Permittunt in me quae tibi multa, nates.
Quid si me tonsor, cum stricta novacula supra est,
Tunc libertatem divitiasque roget?
Promittam; neque enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat; res est imperiosa timor:

LVIII 2. (puta me velle negare: licet?) *Frdl* puta me velle: negare licet. *Schn* 7. neque *TEXABFV Schn* nec *Qω (Vincent. Bellov.) Scr.*

LVI 12. Verg. A. II 593 IX 5 roseo — ore. 15. Horat. C. II 10, 21 Rebus angustis.

LVI 15. Vincent. Bellov. Sp. d. VI 111 Rebus in angustis facile (est *fehlt*) contemnere etc. — potest.'

LVIII 5—10. Vincent. Bellov. Sp. d. V 166 Marcialis coquus ‚Quid si me — novacula subsit *so CDz* Tunc libertatem etc.

12. *torserat* wie III 69, 6. 13. *Nestoris annos.* Zu II 64, 3.

LVII 1. *Severo.* Zu II 6, 3.

1. 2. Da wunderst dich, Severus, dass ich dir ‚dem so viel besseren Dichter' eine Einladung zu Tische in Versen sende.

LVIII 1. *Telesphore.* Zu I 83, 7.

Sed fuerit curva cum tuta novacula theca,
Frangam tonsori crura manusque simul.
At tibi nil faciam, sed lota mentula laeva
Λειχάζειν cupidae dicet avaritiae.

LIX.

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit anulos,
Nec cum lavatur. Causa quae sit, quaeritis?
Dactyliothecam non habet.

LX.

Sit Phlogis an Chione Veneri magis apta, requiris?
Pulchrior est Chione; sed Phlogis ulcus habet.
Ulcus habet Priami quod tendere possit alutam
Quodque senem Pelian non sinat esse senem.
Ulcus habet quod habere suam vult quisque puellam,
Quod sanare Criton, non quod Hygia potest:
At Chione non sentit opus nec vocibus ullis
Adiuvat, absentem marmoreamve putes.
Exorare, dei, si vos tam magna liceret

LVIII 11. laeva *Scaliger Scr Schn*² lana *codd QEF, Schn*¹ 2. Λειχάζειν *Domit. Calderin. (vgl. Schn*¹*) Aldina 1501* leicazin *FV* leicatin *EAB* levatin *XC ausgelassen in TQ* αἰάζειν *Scaliger Scr* λαικάζειν *Schn.*
LX 4. Pelian *EXAFV* Peliam *ΦQB Scr* Pylium ω *(vgl. VIII 2,7).* 8. marmoreamve *ΦQO Schn*² m. que *EFω Scr Schn*¹.

LVIII 9. Vincent. Bellov. Sp. d. V 166 Si *so* fuerit curva — manusque simul'.

11. *laeva.* Vgl. IX 41, 1 XI 73, 4.

12. Λειχάζειν. Nur dies Wort (fellare eignet sich für eine grob abfertigende Redensart, nicht λαικάζειν fornicari); es ist daher sicher eben so wol hier als bei Petron. c. 42 frigori laecasin dico, herzustellen. Vgl. III 83, 2 Fac mihi, quod Chione.

LX 1. *Chione.* Zu I 34, 7.

2. *ulcus:* veneris sensum, urticas, pruriginem, lasciviam. Schrevel.

4. *Pelian.* Vgl. VI 71, 3.

6. *Criton.* Könnte ein (vielleicht als Ehebrecher bekannter) Arzt (Criton, Arzt Trajans SG I 114, 9, Hygia eine Aerztin gewesen sein. Vgl. XI 71, 7.

Et bona velletis tam pretiosa dare.
Hoc quod habet Chione corpus faceretis haberet
Ut Phlogis, et Chione quod Phlogis ulcus habet.

LXI.

Lingua maritus, moechus ore Nanneius.
Summoenianis inquinatior buccis;
Quem cum fenestra vidit a Suburana
Obscena nudum Leda, fornicem cludit
Mediumque mavult basiare, quam summum;
Modo qui per omnes viscerum tubos ibat
Et voce certa consciaque dicebat,
Puer an puella matris esset in ventre:
— Gaudete cunni: vestra namque res acta est —
Arrigere linguam non potest fututricem.
Nam dum tumenti mersus haeret in volva
Et vagientes intus audit infantes,
Partem gulosam solvit indecens morbus.
Nec purus esse nunc potest nec impurus.

LXII.

Lesbia se iurat gratis nunquam esse fututam.
Verum est. Cum futui vult, numerare solet.

LXIII.

Spectas nos, Philomuse, cum lavamur,
Et quare mihi tam mutuniati
Sint leves pueri, subinde quaeris.
Dicam simpliciter tibi roganti:
Paedicant, Philomuse, curiosos.

LX 10. velletis *EF*ω possetis ℘*Q vielleicht richtig.*
LXI 1. Nanneius *EXABC* Man n eius *QF*ω.

LXIII 4. 5. Priap. 3, 9 Simplicius multo est ‚Da paedicare' latine dicere. Priap. 38, 1 Simpliciter tibi me, quodcunque est, dicere oportet — 3 Paedicare volo.

LXI. Zu VI 26, 3. 2. *Summoenianis.* Zu I 34, 6. *buccis.* Vgl. II 28, 4 III 75, 5. 3. *Suburana.* Zu II 17, 1 VI 66 XI 78, 11.
4. *Leda.* Zu II 63. 5. *Mediumque.* Zu II 61, 2.
13. *solvit:* lähmt. Vgl. XI 85.

LXIV.

Nescio tam multis quid scribas, Fauste, puellis:
Hoc scio, quod scribit nulla puella tibi.

LXV.

Sescenti cenant a te, Iustine, vocati
Lucis ad officium quae tibi prima fuit.
Inter quos, memini, non ultimus esse solebam;
Nec locus hic nobis invidiosus erat.
Postera sed festae reddis sollemnia mensae:
Sescentis hodie, cras mihi natus eris.

LXVI.

Et delator es et calumniator,
Et fraudator es et negotiator,
Et fellator es et lanista. Miror
Quare non habeas, Vacerra, nummos.

LXVII.

Nil mihi das vivus; dicis post fata daturum.
Si non es stultus, scis, Maro, quid cupiam.

LXVIII.

Parva rogas magnos; sed non dant haec quoque magni.
Ut pudeat levius te, Matho, magna roga.

LXV 1. a te *QEF*ω ad te *T (zu XI 35, 2)* 5. mensae *PQF corr. V* cenae (caene *E*) ω.

LXIV 2. Sc. se tibi daturam esse.

LXV 1. *a te — vocati.* Zu XI 35, 2.

5. Entweder: Du machst (für mich) aus dem Geburtstagsschmause eine Mahlzeit am folgenden Tage. Oder: Du wiederholst den Schmaus am Tage nach dem Feste. Vgl. Verg. A. V 605 Dum variis tumulo referunt sollemnia ludis. *CFWMüller.*

LXVI 3. *lanista.* Ein verachtetes Gewerbe. SG II 334, 3 u. 4.

LXVIII. Vgl. VI 10, 4.

1. *non — quoque* für ne — quidem mit starker Betonung der Negation; ohne dieselbe XII Epist. l. 2. Vgl. Nipperdey zu Tac. A. III 54 Draeger II² p. 76 Hand Tursell. IV 272.

LXIX.

Amphitheatrales inter nutrita magistros
Venatrix, silvis aspera, blanda domi,
Lydia dicebar, domino fidissima Dextro,
Qui non Erigones mallet habere canem,
Nec qui Dictaea Cephalum de gente secutus
Luciferae pariter venit ad astra deae.
Non me longa dies nec inutilis abstulit aetas,
Qualia Dulichio fata fuere cani:
Fulmineo spumantis apri sum dente perempta.
Quantus erat, Calydon, aut, Erymanthe, tuus.
Nec queror infernas quamvis cito rapta sub umbras;
Non potui fato nobiliore mori.

LXX.

Vendere, Tucca, potes centenis milibus emptos?
Plorantes dominos vendere, Tucca, potes?
Nec te blanditiae, nec verba rudesve querellae,
Nec te dente tuo saucia colla movent?
Ah facinus! tunica patet inguen utrimque levata,

LXIX 9. Verg. A. I 324 IV 158 spumans aper. 11. Id. A. IV 660 juvat ire sub umbras.

LXIX 7. Maximian. Eleg. Baehrens Plm V p. 316) I 111 Nunc quia longa mihi gravis est et inutilis aetas.

LXIX 1. *Amphitheatrales — magistros.* Vgl. Sp 22,1. SG II 362,12.

3. *Dextro.* Zu VII 27, 3.

4. *Erigones.* Tochter des Ikarus, mit ihrem Hunde Maera unter die Gestirne versetzt. Ovid. Fast. V 7, 123 Erigoneius canis. Columella X 400 canis Erigones. Preller GM I 551.

5. 6. Der Hund Laelaps, den Procris von Diana oder Minos Hygin., und Cephalus von Procris erhielt. Apollodor. II 4, 6. Ovid. Met. VII 771. Hygin. fab. 189. Astron. II 35. Preller GM II 144 ff.

8. *Dulichio — cani.* Od. p 291 ss. Dulichius für Ithacesius oft, z. B. Ovid. Met. XIII 711 XIV 226.

11. *infernas — umbras.* Zu I 36, 5.

LXX 1. *centenis milibus emptos.* Zu III 62, 1 und I 58, 1.

2. *dominos.* Zu VI 71, 6.

3. *rudesve querellae:* kindliche Klagen.

Aspicitur que tua mentula facta manu.
Si te delectat numerata pecunia, vende
Argentum, mensas, murrina, rura, domum:
Vende senes servos, ignoscent, vende paternos:
Ne pueros vendas, omnia vende, miser.
Luxuria est emere hos — quis enim dubitatve negatve —,
Sed multo maior vendere luxuria est.

LXXI.

Hystericam vetulo se dixerat esse marito
Et queritur futui Leda necesse sibi;
Sed flens atque gemens tanti negat esse salutem
Seque refert potius proposuisse mori.
Vir rogat, ut vivat virides nec deserat annos,
Et fieri, quod iam non facit ipse, sinit.
Protinus accedunt medici medicaeque recedunt,
Tollunturque pedes. O medicina gravis!

LXXII.

Drauci Natta sui vocat pipinnam,
Collatus cuï Gallus est Priapus.

LXXIII.

Venturum iuras semper mihi, Lygde, roganti
Constituisque horam constituisque locum.

LXX 9. servos, ignoscent, vende (vendere) $\Psi QEXABCprV$ *Schn* servos, agros et vende ω *Scr.*

LXXII 1. pipinnam ΨQF bipinnam *EXAC* bipennam *BV* bipennem *O* pisinnam *Rutgers* voratne penem (— Priapus?) *Scr.*

---

8. *murrina.* Zu III 26, 2.
11. 12. *Luxuria est* = II 63, 3 V 19, 13.
LXXI 1. *Hystericam.* Zu XI 7, 11.
dixerat. Zu I 107, 3.
5. *virides — annos* = I 101, 3.
7. Vgl. zu XI 60, 6.
8. *Tollunturque pedes.* X 81, 4 ille pedem sustulit.
LXXII 2. *cuï.* Zweisilbig. Zu I 104, 22.
LXXIII 1. *Lygde.* Zu VI 39, 13.

Cum frustra iacui longa prurigine tentus.
Succurrit pro te saepe sinistra mihi.
Quid precer, o fallax, meritis et moribus istis?
Umbellam luscae, Lygde, feras dominae.

LXXIV.

Curandum penem commisit Baccara Raetus
Rivali medico. Baccara Gallus erit.

LXXV.

Theca tectus ahenea lavatur
Tecum, Caelia, servus; ut quid, oro,
Non sit cum citharoedus aut choraules?
Non vis, ut puto, mentulam videre.
Quare cum populo lavaris ergo?
Omnes an tibi nos sumus spadones?
Ergo, ne videaris invidere,
Servo, Caelia, fibulam remitte.

LXXIV 1. Raetus *(oder* Suevus*) Schn*[1] *(Anm.) OHirschfeld (vgl. unten.* vetus *EXAprV* veto *C* Graecus *QFω Schn*[2] Achaeus *oder* Rhoetus *Hns.*

---

4. II 43, 14 At mihi succurrit pro Ganymede manus. Zu XI 58, 11.

6. Schöne Pagen oder Eunuchen als Träger der Sonnenschirme ihrer Herrinnen SG I 437, 7—9.

LXXIV 1. *Raetus.* Jedenfalls ist hier, wie Hirschfeld (Antiquar. krit. Bemerk. zu röm. Schriftstell. Zu Martial »Wiener Studien« I 1881 S. 113—115) bemerkt, ein die Nationalität bezeichnendes Adjektiv erforderlich (vgl. III 24, 13 Si modo qui Tuscus fueras, nunc Gallus haruspex). Diese Nationalität ist, wie H. ebenfalls bemerkt, wol eine nordische, da M. VI 59 mit dem Namen Baccara einen Nordländer zu bezeichnen scheint; also Raetus sehr wahrscheinlich.

2. *Gallus erit* = XIII 63, 2.

LXXV. Ueber dasselbe Thema VII 35. Bedienung von Frauen im Bade durch männliche Sklaven auch Juv. 6, 422. Marquardt Prl. 375, 2.

2. *ut quid.* Zu III 77, 9.

3. *citharoedus aut choraules* = V 56, 9. Vgl. XIV 215. Vgl. über die infibulatio SG III 315, 1.

LXXVI.

Solvere, Paete, decem tibi me sestertia cogis,
Perdiderit quoniam Bucco ducenta tibi.
Ne noceant, oro, mihi non mea crimina: tu qui
Bis centena potes perdere, perde decem.

LXXVII.

In omnibus Vacerra quod conclavibus
Consumit horas et die toto sedet,
Cenaturit Vacerra, non cacaturit.

LXXVIII.

Utere femineis complexibus, utere, Victor,
Ignotumque sibi mentula discat opus.
Flammea texuntur sponsae, iam virgo paratur,
Tondebit pueros iam nova nupta tuos.
Paedicare semel cupido dabit illa marito,
Dum metuit teli vulnera prima novi:
Saepius hoc fieri nutrix materque vetabunt
Et dicent »Uxor, non puer, ista tibi est.«
Heu quantos aestus, quantos patiere labores,
Si fuerit cunnus res peregrina tibi!
Ergo Suburanae tironem trade magistrae:
Illa virum faciet; non bene virgo docet.

LXXIX.

Ad primum decima lapidem quod venimus hora,
Arguimur lentae crimine pigritiae.

LXXVII 2. toto *PQEXACFOV Schn* tota ω *Scr.*

LXXVIII 5. Priap. 3 (Ovidii) 7. 8 Quod virgo prima cupido dat nocte marito, Dum timet alterius vulnus inepta loci (Seneca Controv. I 2,22 Ovidianum illud ‚inepta loci.' 9. Verg. A. XII 33 vides quantos primus patiare labores.

LXXVII 1. *conclavibus:* öffentliche Abtritte, wie V 44, 6 wo er Bekannte zu treffen hofft). Gilbert.

LXXVIII 1. *Victor.* Zu VII 29.

4. Um sie ihres Hauptreizes zu berauben. Zu II 57, 5.

11. *Suburanae — magistrae.* Zu II 17, 1 VI 66, 2 XI 61, 3.

Non est ista viae, non est mea, sed tua culpa,
Misisti mulas qui mihi, Paete, tuas.

LXXX.

Litus beatae Veneris aureum Baias,
Baias superbae blanda dona naturae,
Ut mille laudem, Flacce, versibus Baias,
Laudabo digne non satis tamen Baias.
Sed Martialem malo, Flacce, quam Baias.
Optare utrumque pariter, improbi votum est.
Quod si deorum munere hoc tibi detur,
Quid gaudiorum est Martialis et Baiae!

LXXXI.

Cum sene communem vexat spado Dindymus Aeglen,
Et iacet in medio sicca puella toro.
Viribus hic, operi non est hic utilis annis:

LXXIX 3. Non est ista viae ΨP *Scr* Non ista via *Q* Non est ista quidem *EF*ω *Schn* culpa ΨQ *Scr* culpa est *PEF*ω *Schn.*

LXXX 7. tibi] mihi *Gilbert p. 2* tamen *Munro; vgl. unten.*

LXXXI 3. *Text und Interpunktion nach Gilbert*[4] *p. 219* non est hic utilis *codd* (*QEF, in T fehlt* hic) non est, hic utilis *Scr Schn*[1] *Guttmann p. 4 sq.* non est, hic inutilis *Hns Schn*[2].

LXXXI 3. Zu II 90, 1.

LXXX 1. Ueber Bajae vgl. SG II 104 f.

3. *Flacce.* Zu IV 42, 2.

mille — versibus. M. bezeichnet damit ein ὅλον βιβλίον. Birt S. 291.

3. 4. *Baias — Baias.* Zu XI 15, 3.

5. *Martialem.* M.'s Freund Julius Martialis (zu I 15), von dem Flaccus ihm geschrieben hatte, dass er ihn in Bajae erwarte, indem er vielleicht den Dichter zugleich einlud und die Annehmlichkeiten des Aufenthaltes rühmte. Das vorliegende Gedicht ist die Antwort M.'s.

7. *tibi.* Vielleicht schrieb jedoch M. tamen, was leicht in tibi verändert werden konnte (tn̄, tī). *Munro.*

LXXXI 1. *Dindymus.* Zu VI 39, 21.

3. *operi* hängt von utilis ab, und operi non est utilis ist beiden Gliedern gemeinsam. Gilbert a. a. O.

Ergo sine effectu prurit utrique labor.
Supplex illa rogat pro se miserisque duobus,
Hunc iuvenem facias, hunc, Cytherea, virum.

LXXXII.

A Sinuessanis conviva Philostratus undis
Conductum repetens nocte iubente larem
Paene imitatus obît saevis Elpenora fatis,
Praeceps per longos dum ruit usque gradus.
Non esset. Nymphae, tam magna pericula passus,
Si potius vestras ille bibisset aquas.

LXXXIII.

Nemo habitat gratis nisi dives et orbus apud te:
Nemo domum pluris, Sosibiane, locat.

LXXXIV.

Qui nondum Stygias descendere quaerit ad umbras,
Tonsorem fugiat, si sapit, Antiochum.
Alba minus saevis lacerantur brachia cultris,
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos:

LXXX 4. utrique *Q Hus* uterique *T* interque *P* uterque *EFω*.
LXXXII 3. obît *Gilbert* obit *Schn.*
LXXXIV 1. umbras *TQN Schn* undas *EFω Scr.*

LXXXII 2. Ovid. Am. I 4, 60 nocte jubente. 3. 4. Id. Ibis 485 Neve gradus adeas Elpenore cautius altos.
LXXXIV 4. Ovid. F. IV 241 Phrygios — modos. Ibis 452 Incitat ad Phrygios vilia membra modos.
(LXXXIV 4. Auson. Epigr. 107, 7 enthea daemone Maenas.)

LXXXII 1. *Sinuessanis — undis.* Zu XI 7, 12.
2. *Conductum — larem.* Zu VIII 75, 1 und IX, 18, 2.
3. *Elpenora.* Hom. Od. κ 552 ss. *obit.* Zu Sp 16, 1.
LXXXIII 2. *Sosibiane.* Ein Erbschleicher. SG I 369, 6.
LXXXIV. Andere Hyperbeln auf einen ungeschickten, seine Kunden zerfleischenden Barbier bei Lucill. 92 Anthol. Gr. ed. Jacobs III p. 48 (T II p. 336). Einl. S. 19, 1. 1. *Stygias — ad umbras.* Zu I 101, 5.
3. 4. Hier (und XII 57, 11) ist von den Aufzügen der Bellonarii fanatici de aede Bellonae die Rede, bei welchen sie sich Arme und Lenden verwundeten. Marquardt StV III 76.
4. *enthea turba.* Zu V 41, 3.

Mitius implicitas Alcon secat enterocelas
Fractaque fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes Cynicos et Stoica menta
Collaque pulverea nudet equina iuba.
Hic miserum Scythica sub rupe Promethea radat,
Carnificem nudo pectore poscet avem;
Ad matrem fugiet Pentheus, ad Maenadas Orpheus,
Antiochi tantum barbara tela sonent.
Haec quaecunque meo numeratis stigmata mento,
In vetuli pyctae qualia fronte sedent,
Non iracundis fecit gravis unguibus uxor:
Antiochi ferrum est et scelerata manus.
Unus de cunctis animalibus hircus habet cor:
Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.

LXXXV.

Sidere percussa est subito tibi, Zoile, lingua,
Dum lingis. Certe, Zoile, nunc futues.

LXXXVI.

Leniat ut fauces medicus, quas aspera vexat

LXXXIV 5. Mitius *TCN* mitior *QEFw Scr Gilbert p. 25.*

LXXXIV 5. Zu VI 70, 6.

(LXXXIV 9. Auson. De ambig. elig. vit. (XXIX) 21 sic Caucasea sub rupe Prometheus Testatur).

---

5. *Mitius.* Gilbert p. 25 mit der grossen Mehrzahl der codd. mitior, weil die Dichter das Adjektiv vorziehen, das die Abschreiber zuweilen in das Adverbium verändert haben, wie III 38, 3. Doch hat T, der mitius bietet, in diesem Gedichte wiederholt das Richtige.

5. *Alcon.* Zu VI 70, 6.

7. *Cynicos et Stoica menta.* Beide erschienen stets mit langen, struppigen Bärten.

8. Er möge Pferde scheren. Missverstanden SG III 633).

14. Die Narben und Verstümmelungen der Faustkämpfer und Pankratiasten werden oft erwähnt. Zu VII 32, 4.

LXXXV 1. *Sidere — subito.* Zu VII 92, 9 und XI 61, 3.

Zoile. Der Name für einen mit einem verwandten Laster Behafteten XI 30. Vgl. zu II 16 und zu VI 26, 3.

Adsidue tussis, Parthenopaee, tibi,
Mella dari nucleosque iubet dulcesque placentas
Et quidquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus:
Non est haec tussis, Parthenopaee, gula est.

LXXXVII.

Dives eras quondam: sed tunc paedico fuisti,
Et tibi nulla diu femina nota fuit.
Nunc sectaris anus. O quantum cogit egestas!
Illa fututorem te, Charideme, facit.

LXXXVIII.

Multis iam, Lupe, posse se diebus
Paedicare negat Charisianus.
Causam cum modo quaererent sodales,
Ventrem dixit habere se solutum.

LXXXIX.

Intactas quare mittis mihi. Polla, coronas?
A te vexatas malo tenere rosas.

XC.

Carmina nulla probas molli quae limite currunt,
Sed quae per salebras altaque saxa cadunt,
Et tibi Maeonio quoque carmine maius habetur

LXXXVII 2. nota *QFω Gilbert*[1] *p. 220* nata *EXACV Schn.*

XC 3. quoque carmine maius *Lachmann ad Lucret. p. 122 Schn*[2] quod carmine majus *EXACFV Schn*[1] res carmine major (majus *Q?*) *PQω Scr Gilbert p. 22.*

XC 3. Horat. C. I 6, 2 Maeonii carminis alite.

LXXXVI 2 u. 6. *Parthenopaee.* Zu I 16, 2.

6. *gula est* = II 40, 8.

LXXXVII 2. D. h. lange Zeit waren die Frauen für dich überhaupt nicht vorhanden. Zu IV 83, 4. Ob M. nata oder nota schrieb, ist kaum zu entscheiden.

3. Bezahlte Liebhaber alter Weiber. Juv. I 37 s.

XC. Die Alterthümelei in der Litteratur, die hier verspottet wird, hatte in jener Zeit bereits Boden gewonnen. SG III 336.

3. Die von Gilbert p. 22 nach Scriver angenommene Lesart von

Luceilei columella, heic situ', Metrophanes;
Attonitusque legis *terraï frugiferaï*,
Accius et quidquid Paeuviusque vomunt.
Vis imiter veteres, Chrestille, tuosque poetas?
Dispeream, ni scis, mentula quid sapiat.

XCI.

Aeolidos Canace iacet hoc tumulata sepulcro,
Ultima cui parvae septima venit hiems.
Ah scelus, ah facinus! properas qui flere, viator,
Non licet hic vitae de brevitate queri:
Tristius est leto leti genus: horrida vultus
Abstulit et tenero sedit in ore lues,
Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi,
Nec data sunt nigris tota labella rogis.
Si tam praecipiti fuerant ventura volatu,

XC 4. Luceilei *P Scr Schn*[1] Lucilli *QEXAF* Luceili *Lachmann l. l. Schn*[2] heic *Scr Schn*[1] hic *codd Schn*[2] situ' *Q(?)* situs *PX* situs̄ *F* situs est *Eω* situ' est *A* Metrophanes *PQEXAFω Lachmann l. l. Schn*[2] Metrophanes 'st *Scr Schn*[1] 6. Accius *EFω Scr* Actius *QX* Attius *Schn* 8. ni scis *EXACFO* nescis *prV* nisi scis Ψ nisi *corr.* si scis *Q* si scis *Scr.*

XCI 1. Aeolidos] Aeolis heu *N* 3. properas qui *XACFV Gilbert*[4] *p. 220* pr. quia *E* pr. quid *Qω Schn* viator, *Gilbert* viator? *Schn.*

PQ res carmine maior macht den Eindruck einer Interpolation. Quoque für etiam auch X 19, 16 Hoc quod saecula posterique possint Arpinis quoque comparare chartis. Vgl. auch IV 46, 12 IV 89, 6. Sueton. Caesar c. 70 u. 72. *Munro.*

4. *Luceilei etc.* Aus der von Lucilius auf seinen Sklaven Metrophanes verfassten Grabschrift Lucil. Satt. rell. ed. LMueller XXII 1 Servo neque infidus domino, neque inutili' quoiquam Lucili etc.'. Obwol Lucilius nur für das sogenannte I pingue ei schrieb (Brambach Latein. Orthographie S. 21 f.. wird doch M., der wol nur wusste, dass für langes I in alter Orthographie ei gesetzt wurde, Luceilei geschrieben haben, was P bietet, also wol auch heic.

5. *terraï frugiferaï.* Ein Versschluss des Ennius. Vahlen Ennianae poes. rell. Annal. 479.

XCI 1. *Aeolidos Canace.* Mutter und Tochter, beide wol Sklavinnen.

3. Vgl. XI 93, 3.

6. Zu I 78, 2. 9. *fuerant.* Zu I 107, 3.

Debuerant alia fata venire via.
Sed mors vocis iter properavit cludere blandae,
Ne posset duras flectere lingua deas.

XCII.

Mentitur qui te vitiosum, Zoile, dicit:
Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.

XCIII.

Pierios vatis Theodori flamma penates
Abstulit. Hoc Musis et tibi, Phoebe, placet?
O scelus, o magnum facinus crimenque deorum,
Non arsit pariter quod domus et dominus!

XCIV.

Quod nimium lives nostris et ubique libellis
Detrahis, ignosco: verpe poeta, sapis.
Hoc quoque non curo, quod cum mea carmina carpas,
Compilas: et sic, verpe poeta, sapis.
Illud me cruciat, Solymis quod natus in ipsis
Paedicas puerum, verpe poeta, meum.
Ecce negas iurasque mihi per templa Tonantis.
Non credo: iura, verpe, per Anchialum.

XCIII 2. et tibi *RTQEXACFV Schn* hoc tibi *Pω Scr.*
XCIV. 8. Anchialum *QEFω* Anchalium *T.*

XCII. Vincent. Bellov. Sp. d. VI 20 Martialis coquus ‚Mentitur qui te viciosum zoile — zoile, sed vicium.'

XCIII 3. 4. Stehn in der Hdschr. d. Leipziger Stadtbibl. Haupt Opp. I 291): De eo cujus domus arsit.

XCII 1. *Zoile.* Zu II 16.

XCIII 3. Vgl. XI 91, 3.

XCIV. M. klagt häufig über den Neid und das Uebelwollen anderer Dichter gegen ihn. SG III 403.

1. *lives.* Zu VI 86, 6.

2. *verpe poeta, sapis.* Ueber die Wiederholung dieser Phrase zu I 7, 4.

8. *Anchialum.* Die älteren Erklärer suchten zum Theil in diesem räthselhaften Wort eine hebräische Schwurformel, wie Jos. Scaliger,

XCV.

Incideris quotiens in basia fellatorum,
In solium puta te mergere, Flacce, caput.

XCVI.

Marcia, non Rhenus, salit hic, Germane: quid obstas
Et puerum prohibes divitis imbre lacus?
Barbare, non debet, submoto cive, ministro
Captivam victrix unda levare sitim.

XCVI *(fehlt in QEXACF)* 3. ministro *codd Scr Schn*[1] *Gilbert*[4] *p. 220* ministri *Gronov Schn*[2].

Selden und andere Basnage Hist. des Juifs nouv. ed. 1716 VI 739 ff. VII 236 f., oder änderten; so Voss ad Melam p. 62 Ancharium, was soviel sein soll wie ἀγγάριον in der Bedeutung ἀγθοφόρον, d. h. Esel: eine Erklärung, die Bossek (Ancarium Martiali XI 95 restituens Lipsiae 1740 adoptirt: quod animal te imprimis colere, inde apparet, [cum in actionibus tuis, imprimis in libidine ita asini sis similis. Green Dissert. philol. de Anchialo Wittenberg 1697) will (nach Stephan Le Moine) lesen Aegialum, d. h. entweder per littoralem deum, quem vos Judaei colitis ad littora oder per proseucham littoralem. Withof (De Anchialo Martialis Lingae 1779) will altisonum lesen, ut templum altisonum, quod Judaeo sacrum erat, templo opponatur Tonantis. An eine hebräische Schwurformel zu denken (wie auch Hitzig zu Daniel 12, 7 und Gilbert in seiner Ausgabe des M. p. XXVIII thun), halten mein College August Müller und Schürer mit Recht für unzulässig: eine solche würde ja den Hohn ausschliessen, der in dieser Aufforderung doch offenbar liegen soll. Auch die von Furlanetto angenommene Erklärung des Rigaltius, wonach Anchialus der in v. 6 erwähnte puer sein soll: iuro per nomen pueri tibi dilecti et credam, te illum non paedicare De Vit Onomast. s. v. Anchialus, trifft sicher nicht das Richtige. Allenfalls könnte man (nach einer brieflichen Aeusserung Schürers, unter Anchialus einen reichen Juden, ein Haupt der römischen Judenschaft verstehen, so dass die Aufforderung einem: »Schwöre bei Sanct Rothschild!« entspräche. [Als Name von Freigelassenen (und Sklaven) findet sich Anchialus öfter; vgl. Marini Arvali p. 246. In der Inschrift Orelli 1845 = IRN 5542 = CIL IX 3754 RECEPTVS | DIVI ANCHIALI | SER. VIX. AN. XII ist D. Iu(l.) Anchiali zu lesen. *OHirschfeld.*]

XCV 2. *pută.* Zu II 44, 2.

XCVI. Gedichtet, als ein Germane einen Knaben von einem Wasserbehälter fortdrängte, welchen ein Röhrenbrunnen der Aqua Marcia speiste.

XCVII.

Una nocte quater possum: sed quattuor annis
Si possum, peream, te, Telesilla, semel.

XCVIII.

Effugere non est, Flacce, basiatores.
Instant, morantur, persecuntur, occurrunt.
Et hinc et illinc, usquequaque, quacunque.
Non ulcus acre pustulaeve lucentes,
Nec triste mentum sordidique lichenes,
Nec labra pingui delibuta cerato,
Nec congelati gutta proderit nasi.
Et aestuantem basiant et algentem,
Et nuptiale basium reservantem.
Non te cucullis asseret caput tectum,
Lectica nec te tuta pelle veloque,
Nec vindicabit sella saepius clusa:
Rimas per omnes basiator intrabit.
Non consulatus ipse, non tribunatus
Senive fasces, nec superba clamosi
Lictoris abiget virga basiatorem:

XCVIII 1. Flacce *PQ Schn* Basse *EFω Scr* (Ad Flaccum *XAC* Ad Bassum *ω*). 12. saepius *codd* pellibus *Hus* saeta bis *Eldik* saeptius *Haupt Opp. II p. 345.*

XCVII 1. *possum.* Zu III 32, 1.

XCVIII. Die Sitte, sich mit einem Kusse zu begrüssen, über deren Allgemeinheit M. auch VII 95 und XII 59 klagt, scheint sich in Rom erst zu Anfang der Kaiserzeit eingebürgert zu haben. SG I 141 ff.

1. Vgl. XII 82, 1 Effugere in thermis et circa balnea non est Menogenen (XII 11, 5 sed hoc vix est sperare).

3. *hinc et illinc.* Zu IV 14, 8.

6. *cerato.* Eine Wachssalbe. Plin. N. h. XXII 117.

12. *saepius:* immer von neuem, da manche basiatores, denen die Sänfte bekannt ist, die Oeffnung der Vorhänge erzwingen.

15. *Seni — fasces.* Des Prätors. Auch diese Stelle bestätigt Mommsens Annahme (StR I 368, 4), dass der Prätor, der in der Republik nur 2 Liktoren gehabt hatte, damals auch in der Stadt 6 Fasces führte. Vgl. Dio LIII 13.

Sedeas in alto tu licet tribunali
Et e curuli iura gentibus reddas,
Ascendet illa basiator atque illa.
Febricitantem basiabit et flentem,
Dabit oscitanti basium natantique,
Dabit et cacanti. Remedium mali solum est.
Facias amicum basiare quem nolis.

XCIX.

De cathedra quotiens surgis — iam saepe notavi —
Paedicant miserae, Lesbia, te tunicae.
Quas cum conata es dextra, conata sinistra
Vellere, cum lacrimis eximis et gemitu:
Sic constringuntur magni Symplegade culi
Et Minyas intrant Cyaneasque nates.
Emendare cupis vitium deforme? docebo:
Lesbia, nec surgas censeo, nec sedeas.

XCVIII 19. illa. *Gilbert* illa, *Schn.*

XCIX 2. miserae *TPQO Schn* miseram *EFω Scr.* 4. gemitu: *Gilbert*[4] *p. 220* gemitu. *Schn* 5. magni *PQ Gilbert ib.* magnis *T* gemina *EFω* 6. Minyas *edd.* (*Aldina* 1501) minias *Q Koestlin Philol. XXXVI p. 264 ff.* nimias *TPEXACF.*

XCIX 5. Auson. Epigr. 107, 9 luteae Symplegadis antrum.

21. 22. Vgl. III 44, 10 und 11.

23. *amicum:* cui absque offensa negare possis. Schrevel. Die Pointe des Epigramms liegt darin, dass man die Küsse nur durch dasjenige Verhältnis vermeiden kann, bei dem sie allein angemessen sind.

XCIX 1. *cathedra.* Zu II 14, 8.

6. *Minyas.* Nach dem vorausgehenden Symplegade und dem folgenden Cyaneasque nates (vgl. Lucan. II 716 Cyaneae cautes) kann man auch hier nur eine an die Argonautenfahrt erinnernde Benennung erwarten. M. hat den allerdings nicht recht passenden, doch allbekannten vgl. z. B. Ovid. Met. VII 1) Namen der Argonauten Minyae gewählt, weil Minyas (hier statt Minyeias) zugleich an minias erinnern sollte. Vgl. die oben angeführte Stelle des Auson. Epigr. 107, 9.

C.

Habere amicam nolo, Flacce, subtilem,
Cuius lacertos anuli mei cingant,
Quae clune nudo radat et genu pungat.
Cui serra lumbis, cuspis emicet culo.
Sed idem amicam nolo mille librarum:
Carnarius sum, pinguiarius non sum.

CI.

Thaida tam tenuem potuisti, Flacce, videre?
Tu, puto, quod non est, Flacce, videre potes.

CII.

Non est mentitus, qui te mihi dixit habere
Formosam carnem, Lydia, non faciem.
Est ita, si taceas et si tam muta recumbas,
Quam silet in cera vultus et in tabula.
Sed quotiens loqueris, carnem quoque, Lydia, perdis,
Et sua plus nulli, quam tibi, lingua nocet.
Audiat aedilis ne te videatque caveto:
Portentum est, quotiens coepit imago loqui.

C 4. emicet *Hns Schn*[2] eminet *codd (QEF) Schn*[1].

C. Maximian. Eleg. I 79; 85—88 (Baehrens Plm V p. 316 79 Horrebam tenues, horrebam corpore pingues. 85 Quaerebam gracilem, sed non quae macra fuisset: Carnis ad officium carnea membra placent. Sit quod in amplexu delectet stringere corpus, Ne laedant pressum quaelibet ossa latus.

CII 4. Auson. Epigr. 43, 1. 2 ipse ubi Rufus? ‚In cathedra.' Quid agit? ‚Hoc quod et in tabula' [i. e. tacet].)

(CI. Steht in d. Hdschr. d. Leipz. Stadtbibl. (Haupt Opp. I 291 : Ad Flaccum.)

CII 7. Die Aedilen hatten die religiösen Akte zu überwachen. Als 547 der Tempel der Juno auf dem Aventin vom Blitz getroffen war, wurden nach eingeholtem Gutachten der Haruspices die römischen Frauen edicto aedilium curulium auf das Capitol berufen. Liv. XXVII 37. Wenn also ein Bild anfing zu reden, ging die Anzeige zunächst an die Aedilen. Mommsen StR II 498, 3.

CIII.

Tanta tibi est animi probitas orisque, Safroni,
Ut mirer fieri te potuisse patrem.

CIV.

Uxor, vade foras, aut moribus utere nostris:
Non sum ego nec Curius nec Numa nec Tatius.
Me iucunda iuvant tractae per pocula noctes:
Tu properas pota surgere tristis aqua.
Tu tenebris gaudes: me ludere teste lucerna
Et iuvat admissa rumpere luce latus.
Fascia te tunicaeque obscuraque pallia celant:
At mihi nulla satis nuda puella iacet.
Basia me capiunt blandas imitata columbas:
Tu mihi das, aviae qualia mane soles.
Nec motu dignaris opus nec voce iuvare
Nec digitis: tanquam tura merumque pares.
Masturbabantur Phrygii post ostia servi,
Hectoreo quotiens sederat uxor equo,

CIV 2. Non sum ego *TPQEF* Non ego sum *X* Non ego sum C. non N. non T. *Scr.* 8. jacet $\Psi QEF\omega$ *Scr Schn*^{2} placet *T Schn*^{1}.

CIV 14. Ovid. A. am. III 778 Thebais Hectoreo nupta resedit equo.

CIII 1. *Tanta tibi est* = XI 5, 1.

probitas: Züchtigkeit wie VIII 46, 1. Vgl. über improbus zu I 41, 12. Ovid. Tr. I 6, 19 Nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor. Tac. A. XIII 12 uxore ab Octavia — probitatis spectatae. Stat. S. I 2, 12 dulci probitate rubentem. Das os probum des Pompejus: Sallust. bei Sueton. Gramm. 15 Seneca Epp. 11, 4 Plin. N. h. VII 53 XXXVII 14.

Safroni. Zu IV 71, 1.

CIV. Schon Lessing (Ausg. von Lachmann VIII 482) hat bemerkt, dass M. hier eben so wenig als an anderen Stellen, wo er eine uxor anredet, in eigenem Namen spricht.

1. *vade foras.* Buecheler vermuthet, dass die Scheidungsformel lautete: baete foras mulier. Marquardt Prl. I 68, 8.

2. *Non sum ego.* Zu X 9, 5.

Curius — Tatius. Zu I 24, 3

6. *rumpere.* Zu I 49, 25.

Et quamvis Ithaco stertente pudica solebat
Illic Penelope semper habere manum.
Paedicare negas: dabat hoc Cornelia Graccho,
Iulia Pompeio, Porcia, Brute, tibi;
Dulcia Dardanio nondum miscente ministro
Pocula Iuno fuit pro Ganymede Iovi.
Si te delectat gravitas, Lucretia toto
Sis licet usque die: Laïda nocte volo.

CV.

Mittebas libram, quadrantem, Garrice, mittis:
Saltem semissem, Garrice, solve mihi.

CVI.

Vibi Maxime, si vacas havere,
Hoc tantum lege: namque et occupatus
Et non es nimium laboriosus.
Transis hos quoque quattuor? sapisti.

CVII.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum
Et quasi perlectum, Septiciane, refers.

CIV 21. toto] tota *T*.

CIV 1. havere] habere *EFω Schn*[1] habuere $\mathfrak{P}Q$ avere *Gruter Salmas. Schn*[2].

CV 1. *Mittebas libram.* Silbergeräthe im Gewichte von einem Pfund als Saturnaliengeschenk. Zu II 44, 2. Vgl. VIII 71 X 57 (Argenti libram mittebas; facta selibra est).

2. M. betrachtet das gewohnte Geschenk wie eine fällige Schuld, und verlangt im Fall der nicht mehr vollen Zahlungsfähigkeit des Garricus 50 Procent statt der gebotenen 25. Gilbert.

CVI 1. *Vibi Maxime.* Derselbe, an den Statius S. IV 7 gerichtet ist, im Jahre 93 praef. coh. III Alpinorum in Dalmatien, im Jahr 104 Präfekt von Aegypten. SG III 457. Vermuthlich bekleidete er im Jahre 96 eine Prokuration in Rom. Vgl. zu VII 73, 6.

2. *Hoc tantum lege.* Nämlich, dass ich dich grüsse.

CVII 1. *Explicitum.* Vgl. XIV 2, 2 »Bis zu Ende gelesen«. Birt S. 19.

cornua. Zu I 66, 11.

Omnia legisti. Credo, scio, gaudeo, verum est.
Perlegi libros sic ego quinque tuos.

CVIII.

Quamvis tam longo possis satur esse libello,
Lector, adhuc a me disticha pauca petis.
Sed Lupus usuram puerique diaria poscunt:
Lector, solve. Taces dissimulasque? Vale.

CVIII 4. solve *EFω die ältern Ausgaben, Paley, Gilbert*² *p. 644 f.* salve *Q²ς Ser Bentley Schn.*

Subscriptionen. EXPLICIT EX ·XII· LIBER INCIP̃ EX ·XIII· *R.* M. V. Martialis epigrammaton li. XI. explicit | Incipit. XII. Emendavi ego Torquatus | Gennadius faeliciter .·. *Q.*

CVIII 3. *Lupus.* Als Geldleiher nur hier.

4. Auch diese Stelle beweist, dass der Dichter kein Honorar erhielt, wie Birt S. 354 irrthümlich annimmt. SG III 381, 5. Marquardt Prl. 106, 2. Ein solches hätte M. nur von dem Verleger, nicht von dem Leser verlangen können. Von diesem erwartet er, insofern er sein Gönner ist, in der Form von Geschenken die Mittel, seine Schulden zu bezahlen und die nothwendigen Ausgaben zu decken, um sich ganz der Epigrammendichtung widmen zu können. SG III 385. Da der Leser schweigt und thut, als ob er nichts gehört hat, schliesst M. das Buch. Ebenso erklärt auch Haenny Schriftsteller und Buchhändler in Rom (1884) S. 72.

solve. Schn. salvē, eine unerhörte Messung, da von den Imperativen der 2. Conjugation die Kürzung bekanntlich LMueller r. m. p. 340 nur die iambischen vide, cave und höchstens vale gestatten. Gilbert² S. 645.

. . . . . .

Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres!
Paene fuit tanti, non habuisse duos.

Auson. Caesares XII.

Hactenus edideras dominos, gens Flavia, justos:
cur duo quae dederant, tertius eripuit?
Vix tanti est habuisse illos, quia dona bonorum
sunt brevia, aeternum quae nocuere dolent.

Schol. Juv. 4, 38 *Ultimus.* Ultimum vero ideo dicit, quia cum Vespasianus et Titus et Domicianus Flavia ex gente fuerint, Domicianus ultimus illorum et dissimillimus imperavit. meminit hoc Valerius Martialis in epigrammate, [et] his versibus finit: ‚Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres. pene fuit tanti non habuisse duos.‘ [et *om. PS* quod *Burmann.* his vero sibi finit *PS corr. p.* sic vero *Scriver.* his verbis sub finem *idem apud Burmannum.* his versibus ibi *Heinsius* ibid. his versibus finiens *Henninius*]. *OJahn.*

Das (von Teuffel RLG 322, 3 seltsam missverstandene) Distichon ist also der Schluss eines Epigramms, das selbstverständlich erst nach Domitians Tode gedichtet sein kann, und sich wol auf den Tempel der gens Flavia (zu IX 1) bezog. Der Sinn: paene fuit tanti, duos illos priores non habuisse (vgl. Madvig Opp. II 191), modo hunc tertium non habuisses. Wahrscheinlich stand es in der dem Kaiser Nerva überreichten Auswahl aus den Büchern X^1 und XI (Einl. S. 63). Dass wenigstens das letzte Distichon desselben bekannt geblieben war, zeigt die Nachahmung des Ausonius.

M. Valerii Martialis Epigrammaton

Liber XII.

Valerius Martialis Prisco suo S.

Scio me patrocinium debere contumacissimae triennii desidiae; quo absolvenda non esset inter illas quoque urbicas occupationes, quibus facilius consequimur, ut molesti potius, quam ut officiosi esse videamur; nedum in hac provinciali solitudine, ubi nisi etiam intemperanter studemus, et sine solacio et sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationem. In qua hoc maximum et primum est, quod civitatis aures, quibus assueveram, quaero et videor mihi in alieno foro litigare: si quid est enim.

L. 2. quo *EXABCV Schn fehlt in PQF* quae ω *Scr* 4. quam ut *PQ* quam *ohne* ut *EFω*.

Das zwölfte Buch wurde dem Terentius Priscus bei seiner Ankunft in Spanien im December 101 (nach einem sechsjährigen Aufenthalt in Rom XII 62, 7) überreicht, und zugleich nach Rom gesandt. Das uns erhaltene Buch von 98 Epigrammen kann wol nicht der paucissimis diebus zusammengestellte brevis libellus XII 1, 3) sein, sondern eine vermehrte Ausgabe (Einl. S. 65—67), die vielleicht sogar erst nach Martials Tode veranstaltet ist. Es enthält mehrere noch in Rom verfasste Gedichte, darunter das Einleitungsgedicht zu der Anthologie aus X und XI (5, Einl. S. 94), eines an Nerva (6), eines an den ebenfalls längst todten Parthenius (11); auch 15 und das Gedicht an Trajan (8) dürften zu den älteren gehören.

Epistula. Prisco. Zu VII 46, 4.

1. *triennii.* In Wirklichkeit waren es etwa drei und ein halbes Jahr seit der zweiten Ausgabe von X (Mitte 98).

2. *non — quoque.* Zu XI 68, 1.

3. 4. *urbicas — videamur.* Höflichkeitsbezeigungen besonders von Clienten.

9. *in alieno foro litigare.* Zu VII 65, 2.

quod in libellis meis placeat, dictavit auditor. Illam iudiciorum subtilitatem, illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, convictus, in quibus studere se voluptates non sentiunt, ad summam omnium illa, quae delicati reliquimus, desideramus quasi destituti. Accedit his municipalium robigo dentium et iudici loco livor, et unus aut alter mali, in pusillo loco multi: adversus quod difficile est habere cotidie bonum stomachum. Ne mireris igitur abiecta ab indignante quae a gestiente fieri solebant. Ne quid tamen et advenienti tibi ab urbe et exigenti negarem — cui non refero gratiam, si tantum ea praesto quae possum —, imperavi mihi, quod indulgere consueram, et studui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoria sua. Tu velim ista, quae tantum apud te non periclitantur, diligenter aestimare et excutere non graveris; et, quod

L. 12. convictus *QEXACFV Schn* conventus *P Ser* 13. omnium] omnia? voluptates *p (Parisin. s. XV) Gruter* voluptatibus *PQFO* volun'm'tates *Eω* 16. quod ℘*QEABF'* quos *ω* 21. tantum apud te non *FQO* t. non apud te non *EXABC* apud te tum non *P.*

10. *dictavit:* wie VIII 73, 8.

11. *materiarum ingenium:* der geistige Gehalt, der bereits in den Stoffen liegt.

12. 13. *in quibus studere se voluptates non sentiunt.* Eigentlich, wo das Vergnügen nicht merkt, dass es studirt, d. h. wo man über dem Vergnügen, das man geniesst, nicht gewahr wird, dass man sich zugleich bildet. SG I 415, 8.

16. 17. *adversus — bonum stomachum:* was Tag für Tag zu verdauen schwer ist. Quintilian. II 3, 3 error est tamen in re duplex, unus quod interim sufficere illos minores existimant et, bono sane stomacho, contenti sunt. Id. VI 3, 93 Iucundissima sunt ex his omnibus lenia et, ut sic dixerim, boni stomachi.

20. 21. *si tantum ea praesto quae possum.* Aehnlich Cicero ad fam. IV 8, 1 (ed. Baiter) reliquum est igitur, ut tibi me in omni re eum praebeam praestemque et ad omnia quae tui velint, ita sim praesto, ut me non solum omnia debere tua causa, *quae possim*, sed etiam quae non possim, putem. Val. Max. IV 8, 1 alter enim quod potest praestat, alter etiam plus quam potest.

23. *adventoria sua:* scil. cena. Sueton. Vitell. c. 13 cena — adventicia.

tibi difficillimum est, de nugis nostris iudices † nitore seposito, ne Romam, si ita decreveris, non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum.

I.

Retia dum cessant latratoresque Molossi
Et non invento silva quiescit apro,
Otia, Prisce, brevi poteris donare libello.
Hora nec aestiva est nec tibi tota perit.

II.

Quae modo litoreos ibatis carmina Pyrgos,
Ite sacra (iam non pulverulenta) via.

L. 26. nitore *Eω* nidore *PFV* nidore *corr.* nitore *Q* nimio omni favore 'amore *Munro Frdl* Hispaniensem librum mittamus *PQF Schn*[1] *Gilbert* Hispaniensem mittamus *EXABV Schn*[2].

II *(fehlt in EXABCF, steht nach V in PQ)* 2. sacra 'jam non pulverulenta *Gilbert*[4] *p. 220* sacra; j. n. p. *ohne Parenthese Schn.* via *PQVO Gilbert ib.* via est ω *Schn.*

---

26. *nugis.* Zu I 113, 6.

26. 27. *nitore seposito.* Nitore ist jedenfalls verdorben; die Vorschläge von Munro bieten das für den Sinn Erforderliche.

27. 28. *non Hispaniensem — sed Hispanum.* Vellej. II 15 f. Balbus Cornelius non Hispaniensis, natus sed Hispanus. Charis. Inst. Gramm. I 15 p. 81. 82. P. GL ed. Keil I 106, 6 cum dicimus Hispanos, nomen nationis ostendimus; cum autem Hispanienses, cognomen eorum qui provinciam incolunt, etsi non sunt Hispani.

I. Vgl. XII 14.

1. *Molossi.* Vgl. Sp 30, 1.

3. *Prisce.* Zu VII 46, 4.

brevi — libello. So nennt M. dies Buch in seiner ersten Gestalt, in welcher er es dem Priscus überreichte; doch freilich auch das zweite II 1 mit 93 und fünfte V 6, 7 mit 84 Epigrammen. Vgl. auch XII 5, 2; 11, 7.

4. *Hora nec aestiva est.* Priscus erhielt das Buch im December. Da die Zeit von Sonnenaufgang bis Sonnenuntergang stets in zwölf Stunden getheilt wurde, waren die Stunden im Winter kürzer als im Sommer. Marquardt Prl. 250 f.

II. Ein Fragment. Das Buch soll nach zurückgelegter Seereise aus Spanien nach Pyrgi Hafenstadt von Caere, in Etrurien, Rom betreten und auf der Sacra via einhergehen, welche im December nicht staubig ist.

III.

Ad populos mitti qui nuper ab urbe solebas,
Ibis, io, Romam nunc, peregrine liber,
Auriferi de gente Tagi tetricique Salonis,
† Dat patrios manes quae mihi terra potens.
Non tamen hospes eris, nec iam potes advena dici,
Cuius habet fratres tot domus alta Remi.
Iure tuo veneranda novi pete limina templi
Reddita Pierio sunt ubi tecta choro.

III 4. quae *PQ* quod *EXABCFprV* mihi *Qω* tibi *P* Dat patrios jam nunc quae mihi terra lares *Hns* Jam patrios manes quae mihi terra tegit *Gilbert* Dat p. m. q. m. t. parens *OHirschfeld* Hac, p. m. q. m. t. fovet (tenet, premit, capit; *vgl.* Ovid. Am. III 2, 48 Tr. I 3, 83) *Munro* 8. tecta *Hns OHirschfeld Verwaltungsgesch. S. 150 Anm.* templa *codd Schn* choro *QFω* thoro *E* toro *XABCprV*

III 2. Ovid. Tr. I 1, 59 (liber) venies magnam peregrinus in urbem. 6. Id. Tr. I 1, 107 Adspicies (liber) illic positos ex ordine fratres. Prop. V 1, 9 domus ista Remi. (8. Priap. 2, 8 Pierium chorum).

III 1. *Ad populos — ab urbe.* D. h. aus Rom in die Provinzen. X 7, 8 populis suis et urbi. X 9, 4 Notus gentibus — Et notus populis. XII 4, 3 Gentibus et populis. XII 6, 5 Hoc populi gentesque tuae, pia Roma, precantur. VIII 61, 5 Spargor per omnes Roma quas tenet gentes. Der Ausdruck, in welchem das 12. Buch mit den früheren, die von Rom in die Provinzen gesandt wurden, konfundirt wird, ist auch für M. auffallend inkorrekt. Vgl. Einl. S. 20, 1.

3. Vgl. X 96, 3.

4. Obwol hier nur das erste und das letzte Wort verdorben zu sein scheinen, ist eine völlig befriedigende Herstellung doch bis jetzt noch nicht gelungen.

7. 8. Vgl. IV 53, 2 templi limina, Cosme, novi. Das von Livia auf dem Abhange des Palatin, der dem Capitol zugewandt war, in unmittelbarer Nähe der domus Tiberiana begonnene, von Caligula dedizirte templum divi Augusti wird häufig schlechtweg als templum novum bezeichnet (Sueton. Tiber. c. 74. Henzen Acta fr. Arval. p. 55). Vs. 8 bezieht sich auf die von Tiber hier angelegte, den Musen (Pierio — choro = VII 69, 8) geweihte Bibliothek (Sueton. l. l. Plin. N. h. XXXIV 43 in bibliotheca templi Augusti, die wahrscheinlich von der später genannten bibliotheca domus Tiberianae nicht verschieden ist). Für templa ist tecta (über die häufige Verwechslung beider Worte

Vel si malueris, prima gradiere Subura:
Atria sunt illic consulis alta mei:
Laurigeros habitat facundus Stella penates,
Clarus Iantheae Stella sititor aquae;
Fons ibi Castalius vitreo torrente superbit,
Unde novem dominas saepe bibisse ferunt:
Ille dabit populo patribusque equitique legendum,
Nec nimium siccis perleget ipse genis.
Quid titulum poscis? versus duo tresve legantur,
Clamabunt omnes te, liber, esse meum.

IV.

Quod Flacco Varioque fuit summoque Maroni
Maecenas, atavis regibus ortus eques,

III 10. illic *PQFω Scr Gilbert p. 22* illinc *EXABCV Schn* 13. superbit *PQFω Scr Gilbert p. 20* superbis *EA* superbus *XCSchn* 14. ferunt *PQFω Scr Schn*^{2} ferant *EXABCV Schn*^{1}.

III 16. Ovid. Tr. I 1, 28 Carmina nec siccis perleget iste genis. 18. Id. ib. 62 te liquet esse meum.
IV 2. Horat. C. I 1, 1 Maecenas atavis edite regibus.

Markland ad Stat. Silv. I 1, 29 OHirschfeld Verwaltungsgesch. S. 150 Anm.^{1}, d. h. Obdach zu schreiben. »Demnach scheint Domitian die Bibliothek, die vielleicht von dem Brande unter seiner Regierung Sueton. Domit 20 betroffen worden war, aus dem Tempel entfernt zu haben, in welchen sie Trajan nun zurückversetzt hatte. Offenbar befanden sich M.'s frühere Bücher bereits dort.« OHirschfeld a. a. O. S. 187.

9. *Subura.* Zu II 17, 1.

10. *consulis:* des seit dem 1. October 101 im Amte befindlichen Stella. Einl. S. 65.

11. *Laurigeros — penates* = VIII 1, 1. Diese Stelle beweist wol, dass die Thürpfosten der Häuser der Consuln auch der suffecti während der Amtsdauer mit Lorbeer geschmückt blieben (vgl. v. 10), was sonst nicht bezeugt ist, etwa wie es dem Augustus a. u. 727 für seine ganze Lebenszeit bewilligt worden ist zu VIII 1, 1. Vgl. zu X 10, 1. *Stella.* Zu I 7.

12—14. *Iantheae — aquae.* Zu VI 21 und 47.

15. *populo patribusque equitique.* Zu VIII 50, 7. XIV 120 patresque equitesque.

IV 2. *Maecenas.* Zu VIII 56, 5.

Gentibus et populis hoc te mihi, Prisce Terenti,
Fama fuisse loquax chartaque dicet anus.
Tu facis ingenium, tu, si quid posse videmur;
Tu das ingenuae ius mihi pigritiae.

V.

Longior undecimi nobis decimique libelli
Artatus labor est et breve rasit opus.
Plura legant vacui, quibus otia tuta dedisti:
Haec lege tu, Caesar; forsan et illa leges.

VI.

Contigit Ausoniae procerum mitissimus aulae
Nerva: licet toto nunc Helicone frui:

V 2. rasit] mansit *Haupt Hermes III 121, 1.*
VI *(1—6 fehlt in EF)* 2. toto *codd* tuto?

IV 4. Catull. 68, 46; 77, 9 fama loquetur anus (vgl. zu I 39, 2). 5. Prop. II 1, 4 Ingenium nobis ipsa puella facit.

---

3. *Gentibus et populis.* Zu XII 3, 1.
Prisce Terenti. Zu VII 46, 4.
4. Vgl. I 39, 2.
6. *ingenuae — pigritiae.* Zu VI 11, 6.

V. M. hatte aus der noch unter Domitian erschienenen ersten Ausgabe von X und aus XI eine zunächst nur für den Kaiser Nerva bestimmte Auswahl veranstaltet. Das Gedicht, mit dem dieselbe überreicht wurde, ist dieses. Vgl. zu XII 11.

2. *rasit.* Der Ausdruck ist nicht zu beanstanden, denn seine Inkorrektheit ist nicht grösser als sie M. sich an manchen anderen Stellen hat zu Schulden kommen lassen (vgl. Einl. S. 20, 1 und besonders zu X 2, 1; XII 3, 1). Er wollte sagen: Longior labor decimi undecimique libelli artatus est, et ita in causa fuit, ut breve opus raderetur (et perficeretur) oder: Novus labor noster longiorem decimi undecimique libelli laborem artavit, et ita rasit (et perfecit) breve opus. Vgl. X 2, 3 lima rasa recenti. *Munro.*

VI 1. *procerum mitissimus.* XII 9, 1 mitissime Caesar.
Ausoniae — aulae. M. braucht Ausonius zuweilen, wo man Romanus erwartet. VIII 55, 5 XII 62, 9 XIII 65, 1 XIV 53, 1.

2. *toto.* Für tuto spricht otia tuta XII 5, 3. Doch könnte toto auch hier mit Beziehung auf das Subjekt des Infinitivsatzes adverbial gefasst werden (»sich völlig der Freude am Helikon hinzugeben«); vgl. zu VIII 30, 6.

Recta Fides, hilaris Clementia, cauta Potestas
Iam redeunt; longi terga dedere metus.
Hoc populi gentesque tuae, pia Roma, precantur:
Dux tibi sit semper talis, et iste diu.
Macte animi, quem rarus habes, morumque tuorum,
Quos Numa, quos hilaris possit habere Cato.
Largiri, praestare, breves extendere census,
Et dare quae faciles vix tribuere dei.
Nunc licet et fas est. Sed tu sub principe duro
Temporibusque malis ausus es esse bonus.

VII.

Toto vertice quot gerit capillos,
Annos si tot habet Ligea, trima est.

VIII.

Terrarum dea gentiumque Roma,

VI 7. habes $\mathfrak{P}$ *corr. Q Schn* habet *EFNω Scr* 8. possit *PQ?E XABF Gilbert*[2] *p. 645* posset *ω Schn.*

VII 2. Ligea *EXAV* Lygea *F* Ligeia *Q Schn*[1] Ligia *T Schn* Lygia *O Scr (vgl. X 90).*

VI 11. 12. Vincent. Bellov. Sp. d. VI 32 Marcialis coquus ‚Nunc licet et — esse bonus.' Id. ib. V 73 Marcialis coquus ‚Sed tu sub — esse bonus.'

VIII 1. 2. Haupt Opp. III 501: Ex his duobus versibus ea sumpta sunt, quibus interpolatum est initium cap. LXXXVIII Frontini de aquis.

3. Zu X 18, 2—4. 4. *longi:* diuturni.

5. *populi gentesque.* Zu XII, 3, 1.

7. *quem rarus habes:* den du als ein seltener, d. h. wie wenige hast.

8. *possit.* Gilbert[2] S. 645: M. rückt auch sonst die historischen Repräsentanten altväterischer Strenge in die Gegenwart (XI 15, 1 IX 40, 5 XI 16, 9). Hier ist dies aber um so berechtigter, da der Zusatz hilaris ausdrücklich bekundet, dass Cato nicht die historische Persönlichkeit, sondern den Typus bezeichnet.

9. *praestare:* Bürgschaft leisten.

9—11. Dieses Alles hatte also unter Domitian der Aristokratie nicht frei gestanden, ohne Zweifel, weil es den Argwohn des Kaisers erregte.

Cui par est nihil et nihil secundum,
Traiani modo laeta cum futuros
Tot per saecula computaret annos,
Et fortem iuvenemque Martiumque
In tanto duce militem videret,
Dixit praeside gloriosa tali:
»Parthorum proceres ducesque Serum,
Thraces, Sauromatae, Getae, Britanni,
Possum ostendere Caesarem: venite.«

IX.

Palma regit nostros, mitissime Caesar, Hiberos,
Et placido fruitur pax peregrina iugo.
Ergo agimus laeti tanto pro munere grates:
Misisti mores in loca nostra tuos.

X.

Habet Africanus milies, tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

VIII 2. Horat. C. I 12, 18 Nec viget quidquam simile aut secundum.

IX 3. Paulin. Nolan. C. 6, 81 Ergo ad condignas pro tanto munere grates.

IX 1. *Palma.* A. Cornelius Palma, cos. I 99, darauf (nach diesem Epigramm) legat. Aug. pro pr. von Hispania Tarraconensis, später von Syrien (Feldzug nach Arabien 105 Dio LXVIII 14), von Trajan durch eine Statue geehrt (Dio LXVIII 16), cos. II 109 (Asbach Consularfasten 96—119, Rheinl. Jbb. LXXII 1882 S. 14 u. 34), von Hadrian getödtet (vit. Hadr. c. 47 Dio LXIX 2).

mitissime Caesar: Trajan, der hier dasselbe Prädikat erhält, wie Nerva XII 6, 1.

regit nostros — Hiberos. Nostros vielleicht mit Anspielung auf Trajans spanische Abstammung. Vgl. VII 52, 3 Ille meas gentes et Celtas rexit Hiberos.

2. *pax peregrina.* Die in Frieden lebende Provinz für peregrini pacati. (Vgl. de pace triumphos Juv. 8, 107. Gilbert.) Wenn M. seine Landsleute hier und XII 21, 7 als peregrini bezeichnet (obwol Vespasian universae Hispaniae Latium tribuit Plin. N. h. III 30), so zeigt dies, dass er sich nach einem so langen Aufenthalt in Rom gewissermassen als Römer fühlte.

4. *mores — tuos.* XII 6, 7 morumque tuorum.

XI.

Parthenio dic, Musa, tuo nostroque salutem:
Nam quis ab Aonio largius amne bibit?
Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro?
Quem plus Pierio de grege Phoebus amat?
Et si forte (sed hoc vix est sperare) vacabit,
Tradat ut ipse duci carmina nostra, roga,
Quattuor et tantum timidumque brevemque libellum
Commendet verbis »Hunc tua Roma legit.«

XII.

Omnia promittis, cum tota nocte bibisti;
Mane nihil praestas. Pollio, mane bibe.

XIII.

Genus, Aucte, lucri divites habent iram:
Odisse, quam donare, vilius constat.

XII 2. Pollio *RTF Schn*[1] Polio *PQ Schn*[2] Postume *Eω* Posthume *Scr.*

XI 3. Catull. 105, 1 Pimpleum — montem.

XII. Steht in d. Hdschr. d. Leipziger Stadtbibl. Haupt Opp. I 291 (Ad Pollionem.) 1. Vincent. Bellov. Sp. d. V 158 Marcialis coquus ‚Omnia promittis, cum tota nocte bibisti. Non facient quemquam etc. (X 48, 24). Jacob. Magn. Toletan. Sophol. VI 11 Fol. XCIII vers. edit. Lugdun. 1497. Marcialis cocus, Omnia — bibisti. Non faciunt quicquam etc.

XI 1. *Parthenio.* Zu IV 45. Wahrscheinlich das Gedicht, mit dem M. den schon im Jahre 97 ermordeten Parthenius ersucht hatte, die Auswahl aus X und XI (XII 5) — brevem libellum XII 11, 7 — dem Kaiser Nerva zu überreichen. Einl. S. 63.

4. *Pierio de grege.* IX 86, 3 Cum grege Pierio.

5. *si forte — vacabit.* XI 1, 6 Nec Musis vacat, aut suis vacaret. *est* = licet: zu XI 98, 1.

XIII. Vgl. III 37.

1. *Aucte.* Zu VII 51, 2.

XIV.

Parcius utaris, moneo, rapiente veredo,
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.
Saepe satisfecit praedae venator, et acri
Decidit excussus, nec rediturus, equo.
Insidias et campus habet: nec fossa nec agger
Nec sint saxa licet, fallere plana solent.
Non deerit qui tanta tibi spectacula praestet,
Invidia fati sed leviore cadat.
Si te delectant animosa pericula, Tuscis
— Tutior est virtus — insidiemur apris.
Quid te frena iuvant temeraria? saepius illis,
Prisce, datum est equitem rumpere, quam leporem.

XV.

Quidquid Parrhasia nitebat aula,
Donatum est oculis deisque nostris.
Miratur Scythicas virentis auri

XIV 7. deerit — praestet *RT* derit *T* praestat *prR Schn* dee e,-runt — praestent (praestant *Q*) *QEXAFω Scr* 8. cadat *RT Schn* cadit *EXABV* cadant *ΨQFO Scr* cadunt ω.

XIV. Vgl. XII 1.

2. *Prisce.* Zu VII 46, 4.

7. *deerit.* Zu IV 67, 3.

8. *Invidia fati.* Zu I 12, 10.

10. *Tutior est virtus.* Die bei der Eberjagd erforderliche Tapferkeit bringt weniger Gefahr als die bei der scheinbar ungefährlichen Hasenjagd zu Pferde.

12. *rumpere.* Zu I 49, 25.

XV. Nerva oder Trajan hatte nach diesem Epigramm einen Theil der von Domitian im Palaste aufgehäuften Kostbarkeiten an Tempel, namentlich den Jupitertempel auf dem Capitol geschenkt.

1. *Parrhasia — aula* = VII 99, 3. Zu VII 56, 2.

3. 4. *Scythicas virentis auri Flammas.* Den Glanz der mit scythischen Smaragden (zu IV 28, 4) besetzten und von deren Wiederschein grün gefärbten Goldgefässe. XIV 109 Calices gemmati. Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum, Aspice.

Flammas Iuppiter, et stupet superbi
Regis delicias gravesque luxus.
Haec sunt pocula, quae decent Tonantem,
Haec sunt, quae Phrygium decent ministrum.
Omnes cum Iove nunc sumus beati:
At nuper — pudet, ah pudet fateri —
Omnes cum Iove pauperes eramus.

XVI.

Addixti, Labiene, tres agellos;
Emisti, Labiene, tres cinaedos:
Paedicas, Labiene, tres agellos.

XVII.

Quare tam multis a te, Laetine, diebus
Non abeat febris, quaeris et usque gemis.
Gestatur tecum pariter pariterque lavatur,
Cenat boletos, ostrea, sumen, aprum;
Ebria Setino fit saepe et saepe Falerno.
Nec nisi per niveam Caecuba potat aquam;
Circumfusa rosis et nigra recumbit amomo,
Dormit et in pluma purpureoque toro.
Cum sit ei pulchre, cum tam bene vivat apud te,
Ad Damam potius vis tua febris eat?

XVII 3. tecum pariter pariterque $\mathfrak{P}QprV$ tecum (tectum *XB*, pariterque *EXABF* tecum pariter tecumque *T (nach Frdl) vielleicht richtig* tecum sella pariterque ω *Vindob*^{3} tecum sella tecumque *N* (*vgl. zu* IX 47, 5). 6. Cum sit ei pulchre $\mathfrak{P}B$ cum ei *(del.)* pulchre *Q* cum si te pulchre *EXAF* Cum sit tam pulchre *Rand v. Q Nω Ser* Cum recubet pulchre *T Schn.*

---

4. 5. *superbi Regis.* Zu Sp 2, 3.
7. *Phrygium — ministrum.* III 39, 1 Iliaco — ministro.
XVI 1. *Addixti.* Zu III 22, 4.
XVII 4. VII 78, 3 Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos.
5. *Setino.* Zu IV 69, 1.
6. *Caecuba.* Zu II 40, 5.
7. *nigra — amomo.* Zu VI 55, 2.

XVIII.

Dum tu forsitan inquietus erras
Clamosa, Iuvenalis, in Subura,
Aut collem dominae teris Dianae:
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga ventilat vagumque
Maior Caelius et minor fatigant:
Me multos repetita post Decembres
Accepit mea rusticumque fecit
Auro Bilbilis et superba ferro.
Hic pigri colimus labore dulci
Boterdum Plateamque: Celtiberis
Haec sunt nomina crassiora terris.
Ingenti fruor improboque somno,
Quem nec tertia saepe rumpit hora,
Et totum mihi nunc repono, quidquid
Ter denos vigilaveram per annos.

XVIII 4. Zu I 70, 13.

XVIII. Dies Gedicht kann frühestens Ende 98 verfasst sein. Juvenal, der sich damals in Rom befand, war vielleicht von Nerva aus der (frühestens 93 erfolgten) Verbannung zurückgerufen. SG III 463.

2. *Iuvenalis.* Zu VII 24, 1.

Subura. Zu II 17, 1.

3. *collem — Dianae.* Zu VII 73, 1.

4. *limina — potentiorum.* V 20, 5 domos potentum.

5. *Sudatrix toga.* Zu X 48, 10. Vgl. III 38, 9 gelidis — lacernis IV 34, 2 niveam — togam XII 36, 2 Algentem — togam XIV 137, 2 algentes — togas.

6. *Maior Caelius et minor.* Der Caelius und der Caeliolus. Becker Top. S. 596 ff. Ueber die dortigen Paläste (unter anderen die domus Lateranorum) S. 508 ff.

9. Zu I 49, 4. Die dortigen Goldwäschereien (oder -Bergwerke) werden nur hier erwähnt.

11. *Boterdum.* Zu I 49, 7.

Plateam. Zu IV 55, 13.

12. IV 55, 9 Nostrae nomina duriora terrae.

16. Eigentlich 34 Jahre (X 103, 7). Klagen über das frühe Aufstehen in Rom z. B. X 70, 5 X 74.

Ignota est toga, sed datur petenti
Rupta proxima vestis a cathedra.
Surgentem focus excipit superba
Vicini strue cultus iliceti,
Multa vilica quem coronat olla.
Venator sequitur, sed ille quem tu
Secreta cupias habere silva.
Dispensat pueris rogatque longos
Levis ponere vilicus capillos.
Sic me vivere, sic iuvat perire.

XIX.

In thermis sumit lactucas, ova, lacertum,
Et cenare domi se negat Aemilius.

XX.

Quare non habeat, Fabulle, quaeris
Uxorem Themison? habet sororem.

XXI.

Municipem rigidi quis te, Marcella, Salonis
Et genitam nostris quis putet esse locis?

XIX 2. domi *T Schn* foras *PQEFprVω* foris *O Scr.*

---

17. *Ignota est toga.* Zu I 49, 31 und X 47, 5.

22. *sed.* Zu I 117, 7.

23. *Secreta — silva.* Wol ad paedicandum. Gilbert.

25. Zu II 57, 5. Der unbärtige vilicus bittet, sein langes Haar ablegen zu dürfen. Gilbert. Vgl. XII 84.

XIX. Aemilius nimmt eine sehr frugale Mahlzeit in einer Restauration der Thermen (Marquardt Prl. 273, 7 Becker-Göll I 157 III 156) ein, um sagen zu können, dass er nicht zu Hause speise, worunter man aber verstehen soll, dass er eingeladen ist. Aehnlich V 47.

2. *cenare domi.* Zu II 11, 10.

XX 2. Ein blutschänderisches Verhältnis. Ueber den Gebrauch von soror im geschlechtlichen Verkehr zu II 4, 3.

XXI 1. *Marcella.* Eine Gönnerin des Dichters in Bilbilis, welche ihm das XII 31 beschriebene Landgut schenkte. Einl. S. 11 u. 13.

rigidi — Salonis. Zu I 49, 12.

Tam rarum, tam dulce sapis: Palatia dicent,
Audierint si te vel semel, esse suam;
Nulla nec in media certabit nata Subura
Nec Capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus,
Romanam deceat quam magis esse nurum.
Tu desiderium dominae mihi mitius urbis
Esse iubes: Romam tu mihi sola facis.

XXII.

Quam sit lusca Philaenis indecenter,
Vis dicam breviter tibi, Fabulle?
Esset caeca decentior Philaenis.

XXIII.

Dentibus atque comis, nec te pudet, uteris emptis:
Quid facies oculo, Laelia? non emitur.

XXI 7. Nec cito ridebit *codd* Te cito ridebit peregrinus Clodia partus Romanam ducat etc. *Scaliger ad Catull. 62, 219* (Martialis enim uxori Marcellae cognomen erat; cui necesse est Clodiae nomen esse; nam notum qui fuerint in gente Claudia Marcelli qui erant plebeji, et ab his patricii distinguebantur Pulchrorum cognomine). Nec Sicori (*S. Nebenfluss des Iberus*) debet peregrini gl. p. *Is. Voss* Nec Sicoris dederit *oder* Nec Suevo ediderit *Hns* Nec cito parebit *Munro* Nec cito sordebit *Grasberger* Nec te clarabit *Giese Progr. d. Realg. St. Johann Danzig 1885 p. 11.*

XXI 5. Sidon. Apoll. C. 23, 236 Et te seu latiariter sonantem Tanquam Romulea satus Subura.

(XXII 2. Sidon. Apoll. C. 12, 8 Vis dicam tibi quid poema frangat?)

---

3. *Pālatia.* Zu I 70, 5.

5. *Subura.* Zu II 17, 1.

7. *Nec cito.* So „viel als non facile; z. B. Terent. Adelph. III 3, 89; Cic. Brut. 76, 264 ss.

ridebit: wird erstrahlen.

peregrini — partus. Zu XII 9, 2.

9. *dominae — urbis.* Zu I 3, 3.

XXIII. Lucill. Ep. 23 Anthol. Gr. ed. Jacobs III p. 36 (T. II p. 324):

XXIV.

O iucunda, covinne, solitudo,
Carruca magis essedoque gratum
Facundi mihi munus Aeliani!
Hic mecum licet, hic. Iuvate, quidquid
In buccam tibi venerit, loquaris:
Non rector Libyci niger caballi,
Succinctus neque cursor antecedit;
Nusquam est mulio; mannuli tacebunt.
O si conscius esset hic Avitus,
Aurem non ego tertiam timerem.
Totus quam bene sic dies abiret!

XXV.

Cum rogo te nummos sine pignore, »non habeo« inquis:
Idem, si pro me spondet agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri, Telesine, sodali,
Credis coliculis arboribusque meis.

Ἠγόρασας πλοκάμους, ῥῦκος, μέλι, κηρόν, ὀδόντας·
τῆς αὐτῆς δαπάνης ὅψιν ἂν ἠγόρασας.

Ueber falsche Haare Marquardt Prl. 585.

XXIV 1. *covinne.* Ein dem essedum ähnliches Fuhrwerk, das von den britannischen Streitwagen Form und Namen entlehnt hat. Marquardt Prl. 713. Wie man hier sieht, hatte es für zwei Personen Raum, von denen die eine selbst fuhr.

2. *Carruca.* Ein Staatswagen. Das. 713 ff.
essedum. Das. 712.

3. VIII 28, 1 Dic, toga, facundi gratum mihi munus amici.
Aeliani. Giese De pers. a M. comm. denkt an den Verfasser der Schrift: Τακτικὴ θεωρία, Andere an Casperius Aelianus, praef. praetor. unter Domitian Hirschfeld Verwaltungsgesch. 224, 29). Vermuthlich war es ein Landsmann M.'s; vielleicht derselbe, der XI 40 vorkommt.

4. *Iuvate.* Offenbar ein Landsmann M.'s.

6. 7. Numidische Vorreiter: zu X 13, 2. Läufer vor Reisewagen SG II 29, 10.

8. *mulio.* Zu XI 38, 1.

9. *Avitus.* Zu I 16.

XXV 3. *veteri — sodali.* Zu I 54, 8.

Ecce, reum Carus te detulit: assit agellus.
Exilio comitem quaeris: agellus eat.

XXVI.

Sexagena teras cum limina mane senator,
Esse tibi videor desidiosus eques,
Quod non a prima discurram luce per urbem
Et referam lassus basia mille domum.
Sed tu, purpureis ut des nova nomina fastis
Aut Nomadum gentes Cappadocumve petas:
At mihi, quem cogis medios abrumpere somnos
Et matutinum ferre patique lutum,
Quid petitur? Rupta cum pes vagus exit aluta,
Et subitus crassae decidit imber aquae
Nec venit ablatis clamatus verna lacernis,

XXV 6. Exilio E^2 *Schn*[2] Exilii (illi. ili) *codd Scr Schn*[1]. Vgl. zu I 26, 7.

XXVI *(fehlt in RTEXABCFV Vind*[3]*, steht in PQ nach XXIX)* Sexagena *Voss Schn* Sexaginta *codd (Q) Scr* 5. Sed tu, fastis 9. aluta, 10. aquae *Gilbert*[2] *p. 645* Sed tu *ohne Komma* fastis, 9. aluta *ohne Komma* 10. aquae, *Schn* 6. Nomadum *Schn* Numadum *P* mimadum *Q* Numidum ω *Scr* petas *codd Scr Schn*[1] regas *Hns Schn*[2] 7. abrumpere *codd Scr Zingerle Martials Ovidstud. p. 35, 2 Gilbert p. 15* obrumpere ς *Schn* 11. ablatis *codd Scr Schn* oblatis *Hns* allatis *Bongars. Ferrarius.*

XXVI 5. Zu XI 4, 5. 7. Ovid. Am. II 10, 19 Verg. G. III 530 Sil. Ital. XV 48 somnos abrumpere. 10. Tib. I 2, 30 cum multa decidit imber aqua Ovid. F. II 494 decidit imber aquis.

---

5. *Carus.* Metius Carus, berüchtigter delator unter Domitian. Tac. Agr. c. 45; Juv. 1, 35; Plin. Epp. I 5, 3 etc.; Mommsen Ind. Plin.

XXVI 1. VIII 44, 4 Sed omne limen conteris salutator.

3. *a prima — luce.* Zu IV 8, 1. *discurram.* Zu IV 78, 3.

4. VIII 44, 5 Et mane sudas urbis osculis udus.

5. *purpureis — nomina fastis* = XI 4, 5.

6. Gemeint sind die mit Numidien (Nomadum vgl. VIII 55, 8 IX 75, 8) vereinte Provinz Afrika (Marquardt StV I 466) und Cappadocien, das seit Vespasian unter einem konsularischen Legaten stand. (Das. 367). 7. *quem — somnos.* Zu X 70, 5.

8. *ferre patique lutum.* Zu VII 39, 3.

Accedit gelidam servus ad auriculam,
Et »Rogat ut secum cenes Laetorius« inquit.
Viginti nummis? non ego: malo famem,
Quam sit cena mihi, tibi sit provincia merces,
Et faciamus idem, nec mereamur idem.

XXVII.

A latronibus esse te fututam
Dicis, Saenia; sed negant latrones.

XXVIII.

Poto ego sextantes, tu potas, Cinna, deunces,
Et quereris quod non, Cinna, bibamus idem?

XXIX.

Hermogenes tantus mapparum, *Pontice*, fur est,
Quantus nummorum vix, puto, Massa fuit.
Tu licet observes dextram teneasque sinistram,
Inveniet, mappam qua ratione trahat:
Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem,

XXVII 2. Saenia *Schn*[2] Senia *codd (QE?) Scr Schn*[1].

XXIX *(fehlt in RTEXABCFV Vind*[3]*)* 1. Pontice *Ald. 1501 etc. fehlt in PQς* credite *O* Maxime *φ (ed. Ferrar. 1471).*

14. *Viginti nummis.* Für 20 Sesterzen = 4,35 Mark. Wenn, wie SG I 394 angenommen ist, die Bewirthung des einzelnen Gastes so viel kostete, so wäre dies nicht wenig, und M.'s Ansprüche ziemlich hohe gewesen.

15. 16. Als dass ich für dieselben Leistungen mit einer Mahlzeit abgespeist werde, für welche du eine Provinz erhältst.

XXVIII 1. *sextantes — deunces.* Je 2 und 11 cyathi. Marquardt Prl. 325. Ausnahmsweise entschuldigt M. hier, was er sonst überall tadelt (zu I 20), dass der Wirth anderen Wein trinkt als die Gäste, mit der Unverschämtheit der letztern.

XXIX 2. *Massa.* Wahrscheinlich Baebius Massa, der als proconsul von Baetica 93 de repetundis angeklagt und verurtheilt wurde. Mommsen Ind. Plin.

5. Plin. N. h. XI 279 Elephantorum anima serpentes extrahit, cervorum urit. XXVIII 149 exitio his serpentibus esse cervos nemo ignorat, ut, si quae sunt, extractas cavernis mandentis.

Casuras alte sic rapit Iris aquas.
Nuper cum Myrino peteretur missio laeso,
Subduxit mappas quattuor Hermogenes.
Cretatam praetor cum vellet mittere mappam,
Praetori mappam surpuit Hermogenes.
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
Mantile e mensa surpuit Hermogenes.
Hoc quoque si d͡eerit, medios discingere lectos
Mensarumque pedes non timet Hermogenes.
Quamvis non modico caleant spectacula sole,
Vela reducuntur, cum venit Hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nautae,
Ad portum quotiens paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calvi sistrataque turba,
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.

XXIX 10. surpuit *Q* surripuit ℘ surripit ς.

XXIX 17. Ovid. F. VI 715 zephyro date carbasa nautae Lucan. II 697 Strictaque pendentes deducunt carbasa nautae.

---

7. 8. Um die Entlassung eines Gladiators von dem Spielgeber zu erbitten, schwenkte man Tücher. SG II 346.

Myrino. Kommt als Name eines Thierkämpfers Sp 20 vor. Vgl. dort die Anm.

9. *mappam.* Als Zeichen für den Anfang des Wagenrennens im Circus. SG II 315.

10. *surpuit.* Ueber die Synkope LMueller r. m. 366.

11. 12. Da keiner von den Gästen eine Serviette mitgebracht hatte (Marquardt Prl. 304, 6), konnte Hermogenes nur das Tischtuch (das. 303) stehlen.

13. *d͡eerit.* Zu IV 67, 3.

13. 14. H. beraubt in Ermangelung von mappae die lecti der Gurte, mit denen sie bespannt sind. Marquardt Prl. 703, 2—4. Es muss deren nach dieser Stelle auch an Tischfüssen von Klapptischen gegeben haben.

16. *Vela:* das über den Zuschauerraum des Theaters ausgespannte Zeltdach. Marquardt StV III 533 f.

19. Die Isispriester und -Verehrer, deren Processionen man oft in Rom sah, trugen Leinwand, schoren sich kahl und schwangen Klapperbleche. Marquardt StV III 81.

Ad cenam Hermogenes mappam non attulit unquam,
A cena semper rettulit Hermogenes.

XXX.

Siccus, sobrius est Aper; quid ad me?
Servum sic ego laudo, non amicum.

XXXI.

Hoc nemus, hi fontes, haec textilis umbra supini
Palmitis, hoc riguae ductile flumen aquae,
Prataque nec bifero cessura rosaria Paesto,
Quodque viret Iani mense nec alget holus;
Quaeque natat clusis anguilla domestica lymphis,
Quaeque gerit similes candida turris aves,
Munera sunt dominae: post septima lustra reverso
Has Marcella domos parvaque regna dedit.
Si mihi Nausicaa patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere »Malo meos.«

XXXII.

O Iuliarum dedecus Kalendarum,
Vidi, Vacerra, sarcinas tuas, vidi;
Quas non retentas pensione pro bima

XXXI 8. Has — domos *QEFω Scr Gilbert p. 25* Has — dapes *T Schn*[1] Hos — lares *Hns Schn*[2].

XXXI 3. Verg. G. IV 119 biferique rosaria Paesti Ovid. M. XV 708 tepidique rosaria Paesti Prop. V 5, 61 Vidi ego odorati victura rosaria Paesti.

---

21. 22. H. stiehlt mindestens die mappa des Wirthes, wenn die Gäste keine mitgebracht haben. Vgl. VIII 59, 7.

XXXI 3. Zu IV 42, 10.

7. *dominae.* Wegen dieses Wortes hat man ohne Grund Marcella (zu XII 21) für die Frau M.'s gehalten, so Lessing (Einl. S. 11) und Brandt De Martialis poetae vita et scriptis p. 35.

7. *post septima lustra.* Zu X 103, 7.

9. 10. Zu VIII 68, 1.

XXXII 1. *Iuliarum — Kalendarum.* Der 1. Juli war der Haupttermin des Wohnungswechsels. Petron. c. 38.

Portabat uxor rufa crinibus septem
Et cum sorore cana mater ingenti:
Furias putavi nocte Ditis emersas.
Has tu priores frigore et fame siccus
Et non recenti pallidus magis buxo
Irus tuorum temporum sequebaris.
Migrare clivum crederes Aricinum.
Ibat tripes grabatus et bipes mensa,
Et cum lucerna corneoque cratere
Matella curto rupta latere meiebat;
Foco virenti suberat amphorae cervix;
Fuisse gerres aut inutiles maenas
Odor impudicus urcei fatebatur,
Qualis marinae vix sit aura piscinae.

XXXII 12. corneoque cratere] corneaque laterna? *vgl. unten* 14. Foco virenti suberat ς F. virentis uberat *PQ* focum ferentis *EFω Vind*[3] 17. Qualis marinae vix sit aule (*del.*) aura piscinae *Q Frdl* Qualem — vissit *EprV* Qualem — jussit *XABCF Vind.*[3] Qualem — misit *Ald. 1501 etc. Scr Schn* spirat *Q* tussit *Hns* nescit *Rooy Giese Progr. d. Realg. St. Johann Danzig 1885 S. 12.*

XXXII 7. Catull. 23, 12—14 Atqui corpora sicciora cornu, Aut si quid magis aridum est, habetis Sole et frigore et esuritione. 8. Ovid. M. IV 137 XI 417 Priap. 32, 2 Nemesian. Ecl. (Baehrens Plm III p. 180) II 41 buxo — pallidior.

---

7. *frigore et fame siccus.* Catull. 23, 12—14.

9. *Irus.* Zu V 39, 9.

10. *clivum — Aricinum.* Zu II 19, 3.

12. *cratere.* Könnte ein Oelgefäss sein wie Verg. A. VI 225, und dann wäre corneo wol vom Holz des Kornelkirschenbaums zu verstehen; doch vielleicht schrieb M. corneaque laterna. Vgl. XIV 61 und 62.

14. *Foco virenti.* Wol ein tragbarer kupferner Heerd (wie Juv. 3, 250), der mit Grünspan (viridi aerugine X 53, 5) überzogen war.

15. *gerres.* Zu III 77, 7.

16. *impudicus* »garstig« wird von Forcellini nur aus dieser Stelle angeführt.

Nec quadra deêrat casei Tolosatis,
Quadrima nigri nec corona puleï
Calvaeque restes allioque cepisque.
Nec plena turpi matris olla resina,
Summoenianae qua pilantur uxores.
Quid quaeris aedes vilicosque derides,
Habitare gratis, o Vacerra, cum possis?
Haec sarcinarum pompa convenit ponti.

XXXIII.

Ut pueros emeret Labienus vendidit hortos.
Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

XXXIV.

Triginta mihi quattuorque messes
Tecum, si memini, fuere, Iuli.
Quarum dulcia mixta sunt amaris,
Sed iucunda tamen fuere plura;
Et si calculus omnis huc et illuc
Diversus bicolorque digeratur,
Vincet candida turba nigriorem.

---

18. *casei Tolosatis.* Sonst, wie es scheint, unbekannt.
deêrat. Zu IV 67, 3.

19. *puleï.* Plin. N. h. XX 152 qua de causa dignior e puleïo corona Varroni, quam e rosa cubiculis nostris pronuntiata est, nam et capitis dolores imposita dicitur levare, quin et olfactu capita tueri contra frigoris aestusque injuriam et ab siti traditur. 155 flos recentis incensus pulices necat odore.

20. Von Knoblauch und Zwiebeln entblösste Schnüre.

22. *Summoenianae — uxores* = III 82, 2. Zu I 35, 6.

25. *ponti.* Als dem Standorte der Bettler. Zu X 5, 3.

XXXIII 2. *ficetum.* Mit Anspielung auf die Bedeutung von ficus »Geschwür«. Zu I 65.

XXXIV 1. Zu X 103, 7.

2. *Iuli.* Julius Martialis; zu I 15. 5. *huc et illuc.* Zu IV 14, 8.

5—7. Zu VIII 45,2. Calculus omnis — diversus bicolorque ist ein etwas nachlässiger Ausdruck; denn M. will ja sagen: Si omnes calculi, qui unum acervum bicolorem efficiunt, in duos diversos acervos, unum candidorum calculorum, alterum nigrorum digerantur. *Munro.* Vgl. Einl. S. 20, 1.

Si vitare velis acerba quaedam
Et tristes animi cavere morsus,
Nulli te facias nimis sodalem:
Gaudebis minus et minus dolebis.

XXXV.

Tanquam simpliciter mecum, Callistrate, vivas,
Dicere percisum te mihi saepe soles.
Non es tam simplex, quam vis, Callistrate, credi:
Nam quisquis narrat talia, plura tacet.

XXXVI.

Libras quattuor aut duas amico
Algentemque togam brevemque laenam,
Interdum aureolos manu crepantes,
Possint ducere qui duas Kalendas,
Quod nemo, nisi tu, Labulle, donas,
Non es, crede mihi, bonus. Quid ergo?
Ut verum loquar, optimus malorum es.
Pisones Senecasque Memmiosque,
Et Crispos mihi redde, sed priores:

XXXIV 8. velis *QEFω Scr Gilbert* voles *T Schn. Vgl. zu II 53,3.* XXXVI *(fehlt in EXABCF)* 7. malorum es *PQO Schn* malorum ς *Scr.*

XXXIV 10. Querolus ed. Klinkhamer p. 38 Nemini te, Querole, nimis sodalem feceris.

XXXVI. Klagen über die Kargheit der Patrone: SG I 337.

1. *Libras quattuor.* Zu II 44, 2.

2. *Algentem — togam.* Zu XII 18, 5.

3. *aureolos — crepantes.* Zu V 19, 14.

4. *ducere.* Als wenn die Goldstücke selbst die zwei Monate verleben, für welche sie ausreichen. Aehnlich IV 66, 4 Duxit et aestates synthesis una decem.

5. *Labulle.* Zu XI 24, 4.

8. 9. Die freigebigen Patrone der Neronischen Zeit: C. Calpurnius Piso (zu IV 40), Memmius Regulus, cos. 63, die Seneca und (Vibius) Crispus (cos. suff. 61). (Passienus Crispus starb unter Claudius). Vgl. die Einl. S. 5. 9. *sed.* Zu I 117, 7.

Fies protinus ultimus bonorum.
Vis cursu pedibusque gloriari?
Tigrim vince levemque Passerinum:
Nulla est gloria praeterire asellos.

XXXVII.

Nasutus nimium cupis videri:
Nasutum volo, nolo polyposum.

XXXVIII.

Hunc qui femineis noctesque diesque cathedris
Insidit tota notus in urbe nimis,
Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro,
Ore tener, latus pectore, crure glaber,
Uxori qui saepe tuae comes improbus haeret,
Non est quod timeas, Candide: non futuit.

XXXIX.

Odi te, quia bellus es, Sabelle.
Res est putida bellus et Sabellus,
Bellum denique malo, quam Sabellum.
Tabescas utinam, Sabelle belle!

XXXVIII 2. Insidit *Guttmann p. 13 sq.* Incedit *codd Scr Schn* Insedit? (*vgl.* sedit *I 89,5*) *Gilbert (Gud. bei Burmann ed. Phaedr. p* 63).*

XXXIX 2. putida bellus 4. Sabelle belle *Gilbert p. 13* putida, bellus — Sabelle, belle *Schn.*

12. *Tigrim — Passerinum.* Zu VII 7, 10.

XXXVII 1. *Nasutus.* Zu I 3, 3.

2. *pōlyposum.* LMueller r. m. 352. Der nasutus zieht zuweilen höhnend die Luft durch die Nase, der polyposus (wegen seines Uebels) immer. Gilbert.

XXXVIII 1. Zu II 14, 8 III 63, 7.

3. *niger unguento.* Zu VI 55, 2.

5. V 61, 1 Crispulus iste quis est, uxori semper adhaeret Qui, Mariane, tuae?

XXXIX 1. *bellus.* Zu II 7, 7. Die Wiederholungen in der Weise Catulls. Paukstadt p. 2. Belle — Sabelle auch VII 85, 2.

4. *Sabelle belle.* Dergl. wurde nach Servius zum genus echoicum gerechnet. LMueller r. m. 452.

XL.

Mentiris, credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantas, canto: bibis, Pontiliane, bibo:
Pedis, dissimulo: gemma vis ludere, vincor:
Res una est, sine me quam facis, et taceo.
Nil tamen omnino praestas mihi. »Mortuus«, inquis,
»Accipiam bene te.« Nil volo: sed morere.

XLI.

Non est, Tucca, satis, quod es gulosus:
Et dici cupis et cupis videri.

XLII.

Barbatus rigido nupsit Callistratus Afro,
Hac qua lege viro nubere virgo solet.
Praeluxere faces, velarunt flammea vultus,
Nec tua defuerunt verba, Talasse, tibi.
Dos etiam dicta est. Nondum tibi, Roma, videtur
Hoc satis? expectas numquid ut et pariat?

XLIII.

Facundos mihi de libidinosis
Legisti nimium, Sabelle, versus,
Quales nec Didymi sciunt puellae

XLIII 3. Didy(i)mi *PQω Scr* Didym(a e *EXABCFV Vind*[3] *Schn.*
XLII 3. Lucan. II 261 velarunt flammea voltus.

XL 1. *credō* 2. *cantŏ* 3. *dissimulō* — 6. *volŏ*. Zu I 36, 1.

3. *gemma — ludere*. D. h. mit gläsernen Figuren im ludus latrunculorum. Zu VII 72, 8 XIV 20.

XLI 2. Seneca Epp. 122, 14 Praeterea luxuriosi vitam suam esse in sermonibus, dum vivunt, volunt; nam si tacetur, perdere se putant operam. Itaque male habent, quotiens faciunt, quod excidat fama. SG III 33.

XLII 1. *nupsit*. Zu I 24, 4.

4. *Talasse*. Diese Form für Talassius scheint nur hier vorzukommen (vgl. Preller RM II 216. Marquardt Prl. I 52, 5).

XLIII 1. *de libidinosis:* sc. versibus (vgl. VII 34, 6 XII 82, 11). Gilbert.

3. *Didymi:* wie es scheint, Name eines stadtbekannten Kupplers.

Nec molles Elephantidos libelli.
Sunt illic Veneris novae figurae,
Quales perditus audeat fututor,
Praestent et taceant quid exoleti,
Quo symplegmate quinque copulentur,
Qua plures teneantur a catena,
Extinctam liceat quid ad lucernam.
Tanti non erat, esse te disertum.

XLIV.

Unice, cognato iunctum mihi sanguine nomen
Qui geris, et studio corda propinqua meis:
Carmina cum facias soli cedentia fratri,
Pectore non minor es, sed pietate prior.

XLIV 1. 2 *nach Munro (vgl. unten)* 1. nomen, *Schn* 2. Qui geris et studio corda (corde *F*) propinqua meo *PQF Schn* q. g. et studio c. pr. meis *E* q. g. studio c. pr. meis *X* q. g. studiis c. pr. meis *AO* q. g. hoc studio c. pr. meis *B* Quique geris studiis corda propinqua meis ω *Scr* 4. Pectore] Pectine *Hns: vgl. zu I 25, 2.*

XLIII 4. 5. Priap. 4, 1 Obscenas — tabellas 2. — ex Elephantidos libellis — 3. tentes, 4. Si pictas opus edat ad figuras. 5. Ovid. Tr. II 523 quae concubitus varios Venerisque figuras Exprimat — tabella. Id. A. am. II 679 Venerem jungunt per mille figuras.

---

4. *Elephantidos libelli.* Sueton. Tiber. c. 43 cubicula — tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit librisque Elephantidos instruxit, ne cui in opera edenda exempla imperatae schemae deessent. Suidas s. v. Ἀστυάνασσα, der eine Ἐλεφαντίνη als Verfasserin einer Schrift περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν nennt, meint ohne Zweifel dieselbe. Vgl. die oben angeführten Stellen.

XLIV 1. *Unice.* Dieser Verwandte M.'s, wol ein Valerius Unicus, kommt sonst nicht vor.

